

ELEMENTA  
AD FONTIUM EDITIONES  
LXVIII

DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XXXV PARS

Ostpr. Fol., vol. 45, 55, a. 1557-1558.

ediderunt

CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH



NON EXTINGUETUR

ROMAE 1988

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**  
**VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA**

---

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA

(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.  
XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiatura Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.  
XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiatura Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.  
XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).
- 

ANTEMURALE, I-XXVIII, Romae, 1954-1985

---

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).  
II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 fasci 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).  
III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab., 1961.  
IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., glossarium verb., ang. ant., 1961.  
V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483, doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.  
VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc., (A.D. 1603-1629), 8 tab., glossarium verb., ang. ant., 1962.  
VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars., Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., 1962.  
VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., 1963.  
IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., 1964.  
X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., 1964.  
XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214, doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., 1964.  
XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., 1964.  
XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars., Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., 1965.  
XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., 1965.  
XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., 1966.  
XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab., 1966.  
XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab., 1967.  
XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab., 1968.





**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
LXVIII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XXXV PARS**

**Ostpr. Fol., vol. 45, 55, a. 1557-1558.**

**edidérunt**

**CAROLINA LANCKORÓŃSKA et LUCIANUS OLECH**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E 1 9 8 8**

SUMPTIBUS  
FUNDATIONIS  
LANCKOROŃSKI  
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:  
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

## I N D E X   R E R U M

Introductio . . . . .	Pag.	VII
Abbreviationes . . . . .	»	VIII
Textus . . . . .	»	3
Elenchus epistularum . . . . .	»	167
Index personarum et locorum . . . . .	»	175



## INTRODUCTIO

*In hoc LXVIII volumine Elementorum ad Fontium Editiones, seriei vero nostrae "Regiomontanae" XXXV, publicantur 309 epistulae, annis 1557-58 ab Alberto in Prussia duce ad regem et reginam Regnique Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae proceres, magistratus, nobiles, cives et alios datae, quae tam quod attinet ad temporis spatium, quod complectuntur, quam ad res et negotia, quae tractant, directa continuatio sunt voluminis praecedentis. Non exiguum earum partem, similiter ac superioribus annis factum erat, quaestionibus, cum feudi sui administratione eiusque finibus regundis, corrigidens, defendendis, cum exigendis teloneis ac vectigalibus, cum importandis bobus etc. coniunctis, a duce dedicatam esse perspicimus. Nec postremum obtinent locum negotia, ad ipsum ducem Albertum eiusque familiam propius attinentia, ut sunt bannum illud imperiale, quo Imperio proscriptus erat et ad cuius abrogationem vel saltem suspensionem obtinendam nunquam anhelare desinit; patrocinium ac tutela, qua fratrem suum Gulielmum, archiepiscopum Rigensem, contra Ordinis Livoniensis magistrum defendere ac protegere conatur; successio denique feudi Franconici, a defuncto marchione Alberto iuniori, suo ex fratre nepote, in Imperio relieti, ad quod se ius habere asseverat et cuius investituram, regis Poloniae opera, auxilio et auctoritate accidente, se consecuturum esse sperat. Nec desunt epistulae intercessoriae vel commendationes, quibus pro multis sub patrocinium suum confugientibus apud regem et proceres operam interponit. In epistulis autem ad regem datis omnia fere tractantur argumenta, de quibus in toto volumine sermo occurrit.*

*Negotium religionis vel reformationis ecclesiasticae, ut semper, hic quoque duci Alberto, homini vera erga Deum pietate praedito, cordi est. Qui "novae fidei" ministros, praecones, fautores summo studio protegere nittitur eiusque propagationem atque incrementa modis omnibus adiuvare studet. In epistulis ad negotium religionis pertinentibus iterum perspici possunt nomina virorum, qui ex voluminibus iam prius editis nobis bene noti sunt: Ioannis Łaski, Francisci Lismanini, Petri Pauli Vergerii, Eustathii Trepka et aliorum. Hic quoque intercedit pro Elbingensibus et aliis, qui se ob causam religionis ab ipsorum episcopo, Stanislao Hosio, opprimi queruntur. Ad Nicolaum Radziwill "Nigrum" sollemnius scribere solet eumque ob studia "in propaganda veritate evangelica" impensa laudat et extollit. Ipsum quoque bellum Livonicum, quod tum iam ad finem vergit, cum negotio religionis et reformationis ecclesiasticae artissime coniunctum est. Apparent denique iam prima signa, manifesta et truculenta, imminentis belli Moscovitici. Cuius periculi dux in Prussia optime sibi conscientius esse videtur.*

C.L.

## ABBREVIATIONES

El.	Elementa ad Fontium Editiones
H B A	Herzogliches Briefarchiv
Heiml. Reg.	Heimliche Registranden
K.	Kasten
M.D.L.	Magnus Ducatus Lithuaniae
Ostpr. Fol.	Ostpreussische Folianten
R.P.	Regnum Poloniae

**TEXTUS**



# 1557

N. 4475.

*E Regio Monte, 1.I.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Calissiensi [Martino Zborowski]*

*per filium eius, aulicum vero suum, ad patrem proficiscentem, litteras mittit  
et felicem annum novum ei exoptat; negotium, de quo prius scripsit, ite-  
rum commendat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 183.*

N. 4476

*S.l., 1.I.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Henrico a Dohna et, mutatis mutandis, Gabrieli Tarlo*

*Hieronymum Einwaldt, servitorem suum, aliquot negotia apud reginam Polo-  
niæ [Catharinam] expedienda habentem, commendat et rogat, ut eadem  
negotia eius ita apud reginam promoveat, quo eo facilius voti sui compos-  
fieri possit.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 302-302v.*

N. 4477

*E Regio Monte, 2.I.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinæ,*

*Christophorum Dippelskircher, reginae Catharinæ "argenti praefectum", ab  
eo sibi commendatum, tum ob eandem commendationem, tum quod ser-  
vitor reginae sit, sibi commendatissimum fore nuntiat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 184.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Kurtzbach, decano Gnesnensi.*

*nuntiat sibi in animo esse filiam defuncti fratris eius, Alexandri Kurtzbach, et eiusdem viduae Annae, Samueli libero baroni ab Heideck in matrimonium dare, eundem baronem laudibus effert (utpote tali baronum genere ortum, qui "im heiligen Romischen Reich keysern, konigen, chur- und fursten gedienet, auch noch der ko.mt. und Chron zu Polan etc. und uns treulich und nutzlich dienen konnen, auch eins stadtlichen vermögens under uns seyn. Diser junge herr Samuel auch nicht allein daheime erwachsen, sonder bey keyser, konigen, chur- und fursten in kriegen erzogen") et eum, nubilis puellae patrum, hortatur, ut se ad affinem suam Annam eiusque filiam, in Ducatu Prussiae habitantes, quam citissime conferat, quo eiusmodi matrimoniale negotium, ipso praesente et non inscio, rite concludi possit.*

(Germanice)

Cfr. El. XL. NN. 1584, 1609, 1636, 1659.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 300v-302.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Alexandro Sculteti, canonico Varmiensi, intercedit et rogat, ut rex efficere velit, quo controversia, inter eum et capitulum Varmiense intercedens, compromisso vel delectis ab utraque parte arbitrariis iudicibus componatur.*

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 184-186.

Regi Poloniae, X Ianuarii.

Pro Alexandro Sculteti.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Etsi aliquoties pro venerando viro Alexandre Sculteti tam coram, quam per literas, ac in [f. 185] hisce etiam Comitiis Varsoviensibus per nuntium meum intercessi, ut interposita S. Regiae Vestrae Maiestatis auctoritate idem Scultetus libere in Regno et dominiis S. Regiae Vestrae Maiestatis degere atque sua recuperare possit, tamen cum certi adhuc nihil ad preces illas meas obtinuerim, committere non potui, quin denuo hoc scripto bono illi viro apud S. Regiam Vestram Maiestatem patrocinarer, duxique aliquas rationes S. Regiae Vestrae Maiestati proponendas esse, ut si alia via Scultetus in has terras redire vel intromitti non posset, efficeret S. Regia Vestra Maiestas clementer, ut controversia, quae inter canonicos Varmienses et illum vertitur, compromisso vel arbitrariis ab utraque parte ex senatoribus inclyti Regni Poloniae delectis iudicibus componeretur.

Quod si ea ratio S. Regiae Vestrae Maiestati probatur, enixe peto, ut pro sua clementia canonicis Warmiensibus mandet, ut quam cum Sculteto

controversiam haberent, praedicta ratione transigerent, diemque certum tractatibus dicerent. Adductam enim esse S. Regiam Vestram Maiestatem quorundam precibus, quod de intromittendo iterum in has terras Sculteto annuere constituisset. Cui postulationi S. Regiae Vestrae Maiestatis aequissimae canonicos non repugnaturos puto. Dignetur itaque clementer eum compositionis modum tentare. Scultetum sane nihil humanitatis ad ineundam concordiam praetermissurum credo. Intelligo enim illum velle arbitriae decisioni non gravatim se submittere, ac quicquid illi ipsi compromissarii iudices decreverint, firmiter se observaturum. Quae res cum ab aequitate aliena non sit, eo confidentius spero S. Regiam Vestram Maiestatem non passuram clementiam suam erga honestum illum virum in se claudi. Causas autem, cur maxime expediatus illum in his terris esse, ex legato meo Assuero Brandt S. Regiam Vestram Maiestatem iam cognovisse [f. 186] existimo. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem mihi longe gratissimam, si precibus hisce meis benigne locum dederit. Daboque operam, ut officiosissime id ipsum demerear. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regio Monte.

A. M.[untzer]

N. 4480.

E Regio Monte, 14.I.1557.

*Albertus dux in Prussia  
palatino Vilnensi [Nicolao Radziwill "Nigro"]  
typographum suum, Vilnam profecturum ibique libros aliquot divenditurum,  
commendat et rogat, ut facultatem ei concedat eosdem libros "tuto et sine  
alicuius periculi metu", "sub umbra et protectione" eius, vendendi.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 55, f. 186.*

N. 4481.

E Regio Monte, 16.I.1557.

*Albertus dux in Prussia  
Stanislao Tęczyński, palatino Cracoviensi, et aliis  
pro Francisco Lismanno, "propter veritatis evangelicae professionem" ex  
Regno Poloniae proscripto.  
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 187-189.*

Domino Stanislao Comiti a Tantzin, Palatino Cracoviensi, XVI Ianuarii Mutatis mutandis: Comiti in Tarnaw<sup>1)</sup>, Comiti ab Ostrorock<sup>2)</sup>, Palatino Calisiensi<sup>3)</sup>, Iacobo ab Ostrorock, Ioanni Thomitzki<sup>4)</sup>, Ioanni Oczieski Cancellario, Comitibus a Gorckau et Vicecancellario<sup>5)</sup>.  
Pro Francisco Lismannino.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Perlatum ad nos est pietate et eruditione insignem virum, Franciscum Lismanninum, propter veritatis evangelicae professionem odio et invidia

quorundam, qui ei apud S. Regiam Maiestatem frigidam suffuderunt, ex Poloniae Regno proscriptum esse. Quia vero christiana pietatis est afflictis succurrere, facere non potuimus, quin innocentiae boni illius viri patrocinium susciperemus. Scripsimus itaque ad S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, sumusque eius Maiestatem obtestati, ut non auditum, multo minus convictum, proscriptione clementer liberet, vel saltem eam ad tempus suspendat, ut is ipse Lismanninus suam innocentiam docere possit. In quo impetrando menteque S. Regiae Maiestatis permovenda duximus Magnificentiae Vestrae aliorumque Regni consiliariorum operam et autoritatem nostris precibus adiungendam esse. Itaque si qua unquam in re alia Magnificentia Vestra nobis gratificata est, vel si in aedificanda ecclesia Christi laboris seu studii aliquid antehac impendit, maiorem illam in modum oratam habemus, [f. 188] ut in christiani gregis utilitatem et gratiam pro eodem quoque Lismannino, fratre suo in Christo, apud S. Regiam Maiestatem intercedere ne gravetur, praesentemque in foribus incliti Regni Poloniae Christum plenis ulnis excipere iuvet, sathanae autem praestigias et furores in explodendo eo conterere laboret, non verita persecutiones seu molestias eas, quae plerumque propugnatores gloriae divinae comitantur, siquidem nescia non est Magnificentia Vestra, quid debeant illi Christo, qui nomen eius profitentur.

Quod si in civilibus et mundanis curas et cogitationes nullia<sup>a)</sup> parcentes labori omnes intendimus, quanto plus ea Christo et religioni debemus, unde non fluxae seu caduceae utilitates nos manent, sed praemia futuri saeculi aeterna ex momentanea hac nobis vita migrantibus proposita habemus. Pluribus haec expeteremus, nisi qua sit Magnificentia Vestra pietate praedita, sciremus. Itaque plane confidimus Magnificentiam Vestram et mandato Christi admonitam et nostris adductam precibus, operam omnem apud S. Regiam Maiestatem navaturam esse, ut Lismanninus praedictus pristinae libertati restitus, in Regno Poloniae tutus et securus degere et talentum suum salutem sitientibus animabus exponere, vel saltem innocentiam suam docere possit. Factura Magnificentia Vestra opus misericordiae et Deo gratissimum, apud homines vero totius Orbis Christiani et sibi et posteris suis immortalem laudem conciliabit. Nos vero pro studio et amore [f. 189] in Magnificentiam Vestram singulari nostro id ipsum compensaturi sumus. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

a) *in ms. nullo*

- |  |   |
|--|---|
| 1) <i>Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R.P. capitaneus.</i> | <i>censis.</i>                                      |
| 2) <i>Stanislaus Ostroróg, castellanus Międzyrze-</i>                              | 3) <i>Martinus Zborowski.</i>                       |
|  | 4) <i>Ioannes Tomicki, castellanus Rogosnensis.</i> |
|  | 5) <i>Ioannes Przerembski.</i>                      |

N. 4482

S.l., 16.I.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo et, mutatis mutandis, Erhardo a Kunheim  
admonet eum intercessionis sua, pro subdito suo Ioanne Beler ei oretenus in  
Rudniki factae, et causam eiusdem subditi sui, cum illa intercessio nul-  
lum hactenus sortita sit exitum, iterum commendat.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 300.*

N. 4483

E Regio Monte, 17.I.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Eustathio Trepka, ministro Posnaniensi,  
responsum suum in negotio interfectorum mittit, ut id ipsum occisorum con-  
sanguineis communicet; redditum eius se exspectare nuntiat.*

*Cfr. El. XLV, N. 131.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 189.*

Eustachio Trepka, XVII Ianuarii.

Mittit responsum in causa interfectorum.

Generose, Fidelis, Dilecte.

Quae Generositas Tua in causa interfectorum ad nos perscripsit, probe intelleximus. Ac meminimus quidem mandasse nos, ut responsum nostrum, quod ad supplicem Generositatis Tuae libellum dedimus, illi ex Cancellaria nostra daretur, quem Generositas Tua eo in negotio hic sollicitatorem seu mandatarium esse iussit. Edocti etiam sumus recepisse eum ipsum ad se responsum illud. Quia vero ex literis Generositatis Tuae intellegimus nihil ei adhuc de eo constare, duximus hisce mittendum esse Generositat Tuae idem responsum nostrum, ut consanguineis interfectorum id ipsum communicet, ac quid porro in ea causa agere vel Generositas Tua, vel ipsi consanguinei velint, deliberent etc.

Reditum Generositatis Tuae ad nos cum iis, quae in versione parasse scribit, expectamus. Atque haec Generositat Tuae respondenda esse duximus. Quam cum coniuge sua bene valere optamus cupimusque clementer, ut illam verbis nostris salutet et novi huius anni felix auspiciu preceretur. Quod et Generositat Tuae comprecatum volumus. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

N. 4484.

S.l., 19.I.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,  
etsi libenter eum penes se habeat, cum tamen rex id non permittat, voluntati  
regiae obtemperandum esse arbitratur; de angustiis eius pecuniariis dolet  
et ei quodammodo in auxilium venire velit, hoc tamen tempore id impos-  
sibile esse asserit; pro parata eius voluntate aliquot equos Turcicos et cor-  
nua cervina sibi mittendi, necnon pro communicatis novitatibus gratias  
agit.*

*Cfr. El. L, NN. 570, 571.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 302v-304.*

An Bernhart Bretwitzten, den 19 Januari 57.

Wir haben von euch zwey schreiben, eins den 10 Novembbris, das ander den 14 Decembbris zu Trebmofla datirt, bekhomem und derselben inhalt

nach der lenge wol verstanden. Als ir euch den in beiden euren schreiben mit euren treuen dinsten gegen uns zum hochsten erbietet, thun wir uns desselben mit besondern gnaden bedancken. Wer uns auch nichts liebers, dann das wir euch, als zu dem unser sonder vertrauen stehet, in itzigen fallen und leuften bey [f. 303] uns haben mochten. Weil es aber wider der ko. mt. zu Polan etc. willen ist, und wir euch vorigem unserm schreiben nach bey irer ko. mt. uff unser zweymal schriftlichs anregen, auch mundtliche geschehene handlung nicht erbieten konnen, so mussen wirs, wie zuvorn auch gemeldet, dem lieben Gott bevelhen. Das ir euch aber, do wir euer bedurften, (ungeachtet, die ko. mt. thete solchs bewilligen oder nicht), gleichwol zu uns zu rucken und uns mit euren dinsten beystendig zu sein erbietet, daraus erkennen wir eure treu und sonderliche zuneigung gegen unserer person. Weil es aber der ko. mt. wille nicht sein kan, begeren wir gnedigist, ir wollet euch wider denselben koniglichen willen nicht setzen oder euch in dem etwas, das euch zu ungnaden reichen moecht, aufladen. In gleichnuss begeren wir auch gnediglichen, ir wollet euch mit bestellung der kriegsleuth unsernt halben kein beschwer auflegen, wie ir des auch zuvor aus unserm schreiben ohne zweifel und dabey verstanden haben werdet, das wir euch zu ergetzlichkeit fur des, so ir darauf gewendet, die schulden, damit ir uns [f. 303v] noch behaftet, gnediglichen erlassen.

Und ist uns warlich zum hochsten leidt, das ir in dem unrath sein sollet, wie euer schreiben meldet. Wer uns auch nichts liebers, dann das wir euch zu solchen euren anligenden sachen mit etwas zu steuer kommen moechten. Ir habt aber zu bedencken, weil wir der ko. mt. zum besten nuhmer über 6 monat ein zimliche anzal an deutschen reuttern und knechten, darauf uns monatlich über zweintzigk tausent f. laufen thut, in bestallung underhalten und noch, darzu aber von der ko. mt. gar ein wenige hulff gehat haben, das uns, wie gern wirs auch theten, itziger zeit zum hochsten ungelegen, euch mit vorstreckung oder sonst an gelde hulff zu thun, bevorab weil wir auch noch nicht wissen, wohin die hendel ge- [f. 304] richtet, und wie lang noch solches wehren magk. Wann aber durch gottliche verleihung die hendel etwan ein wenig zur enderung und besserung gereichen, sollet ir nicht zweifeln, das wir uns jederzeit gegen euch den gnedigen hern erzeigen wollen.

Ferner thun wir uns eures erbietens der turkischen rosse halben und wegen der hirschgewey beschehen, gnedigen bedancken. Und sinnen nochmals mit gnaden, wie wir auch derhalben durch unsern diener, den Konarschki<sup>1)</sup>, bey euch ansuchen lassen, ir wollet uns zu etlichen schonen hirschgeweihen verhelfen. Was die unkost und eure auslage darfur sein wirt, wollen wir euch mit allen gnaden erstadten und dabey gnediglichen erkennen.

Der mitgetheilten neuen zeitung thun wir uns in gnaden bedancken und begeren gnedigst, ir wollet uns, wess weither furfelt, sonderlich weil unser diener bey euch ist, bey ime gutwillige erofnung thun.

Das etc.

Relatio secretarii

Princeps audivit

Alb. Hack

1) *Marcellus Konarski.*

N. 4485.

E Regio Monte, 22.I.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Maskowski, capitaneo in Szawle,  
pro binis litteris, quibus rerum Livonicarum statum sibi descriptis, gratias  
agit et rogat, ut porro in scrutandis et pervestigandis Livonicis negotiis  
curam impendat et de eis sibi perscribere perget; pro perdicibus sibi dono  
missis gratias agit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 190.*

N. 4486.

E Regio Monte, 22.I.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Oborski, capitaneo Birzensi,  
pro binis litteris eius sibi nuntiantibus, "quo nunc in statu res Livonicae ver-  
sentur et quid hactenus istuc actum sit, ac quomodo se habeat Reveren-  
dissimus frater" suus [Gulielmus archiepiscopus Rigensis], gratias agit et  
rogat, ut porro quoque de fratribus sui eiusque coadiutoris, ducis Megapo-  
lensis [Christophori], statu se certiore reddere perget.*

(Latine)

*Cfr. El. XL, N. 1577.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 191.*

N. 4487.

E Regio Monte, 23.I.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
pro Iacobo Heraclide Basilico, despota Sami, omnibus bonis a Turcis exuto et  
exule, intercedit et petit, ut eum, artis bellicae peritissimum, inter servito-  
res suos accipere et opera eius in rebus bellicis uti velit..*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 192-193.*

Regi Poloniae, XXIII Ianuarii.

Commendat Iacobum Heraclidem.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Illustris hic et Generosus Iacobus Heraclides Basilicus, Despota Sami,  
Marchio et Princeps Pari, de celebri principum Graeciae familia oriundus,  
nunc vero Turcarum tyrannide bonis omnibus exutus et exul, ad me huc se  
contulit, ornatus praeclaro et eleganti S. Romanorum Imperatoriae Maie-  
statis<sup>1)</sup> literarum testimonio. In quo ei non postrema laus tribuitur peritiae  
in rebus bellicis. Eum ego virum, uti decuit, pro mea tenuitate excepti.

Cumque in familiaribus colloquiis nonnulla de castrorum metationibus, deque acie ad proelium instruenda ac reducenda atque id genus alii, ad expeditionem bellicam pertinentibus, pro meo qualicumque iis in rebus intellectu contulisset, animadverti equidem talem esse, cui alias non ita facile par esse, aut palmam in hoc genere scientiae praeripere possit. Ut enim taceam experientiam illius valde excellentem in belli gerendi modo, quo Turcarum Imperator<sup>2)</sup> atque finitimi eius gentis populi utuntur, intellexi quoque non sine admiratione, ipsum aequem S. Imperatoriae Maiestatis Regisque Franciae<sup>3)</sup> et aliorum Germaniae Principum belli gerendi rationem ita callere, ut nihil supra [f. 193]. Quae res effecit, ut non modo magnopere diligere illum ceperim, sed magnorum Regum favore et gratia dignissimum existimem.

Ac cum intelligerem eum in has terras rumore Livonicae expeditionis venisse ac percupere operam suam S. Regiae Vestrae Maiestati navare, non dissuasi ei illud, sed ut se ad S. Regiam Vestram Maiestatem conferret, consului, quandoquidem me non latet delectari S. Regiam Vestram Maiestatem eiusmodi hominibus, qui in arte bellica excellunt, et quod ipsa Maiestas Vestra earum rerum quoque peritissima est. Eum itaque virum maiorem in modum S. Regiae Vestrae Maiestati commando, tametsi scio ipsum sua scientia meam commendationem longe superaturum esse, petoque ac consulo obnixe, ut S. Regia Vestra Maiestas illum pro ea, qua consuevit, liberalitate honorifico aliquo et tali viro, sicut ex literis illius testimonialibus intelliget, digno stipendio alat, nec a se dimittat. Quod autem illum tantopere commando et depraedico, facit singularis eius industria et praeclara virtus. Ipsa quoque Maiestas Vestra, quam primum conversata illi fuerit, animadverteret esse eum virum non vulgarem, sed commendatione dignum. Cuius consilio in quocumque belli gerendi, si ita casus tulerit, genere S. Regia Vestra Maiestas et recte et cum emolumento uti poterit. Pluribus haec a S. Regia Vestra Maiestate expeterem, nisi ultro S. Regiam Vestram Maiestatem in eiusmodi viros insignes propendere scirem. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem, cuius eam non paenitebit, si precibus his meis locum dederit. Ego vero omni officiorum studio ad demerendum obligatum me agnosco. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regiomonti etc.

A. M.[untzer]

1) *Ferdinandus I (nondum tamen ab electoribus Imperii imperator proclamatus).*

2) *Solimanus II.*

3) *Henricus II.*

N. 4488.

*E Regio Monte, 26.I.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*nuntiat se propositum regis de non mittendis in Livoniam oratoribus neque  
ineundis tractatibus, nisi prius archiepiscopo Rigeni dignitati pristinae  
restituto, improbare non posse, cupivisse tamen, ut rex Achatium Czema  
saltē illuc mitteret, qui archiepiscopo consilio adesset; se tamen inscio  
et invito rege in eo negotio nihil agere velle; petit tantum, ut sibi liceat*

*duos consiliarios suos ad archiepiscopum mittere; subsidium regium ad stipendia militi mercenario solvenda expedit, et alia.*

*(Schedula: hortatur regem, ut contra Livonienses rebus suis in Lithuania bene invigilet).*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 194-197.*

Regi Poloniae, XXVI Ianuarii.

Scribit se aegre ferre sententiam S. Regiae Maiestatis Suae de non suscipiendis cum Livonibus tractatibus, nisi Reverendissimo Archiepiscopo<sup>1)</sup> integre restituto. Item petit eo Palatinum Marienburgensem<sup>2)</sup> ad eius Reverendissimam Illustritatem mitti. Item nolle se quicquam inscia Maiestate Sua agere eo in negotio. Item curasse iam se omnia in Germania Inferiori. Item petit sumptus ad alendum militem. Postremo ut rebus suis diligenter invigilet.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Ex relatione Generosi Assueri Brandt intellexi, non videri S. Regiae Vestrae Maiestati oratores aliquos in Livoniam mittendos, aut tractatus ullos suscipiendos esse, nisi Reverendissimus Dominus Archiepiscopus prius libertatem facultatesque suas recuperaverit, locoque ac dignitati pristinae restitutus fuerit. Postulare ac velle etiam S. Regiam Vestram Maiestatem, ut et ego itidem faciam, neque alia sub conditione meos nuntios ablegem. Haec cum ita constituisse S. Regiam Vestram Maiestatem ac cupere omnino videam, meum non est vel sententiam illius improbare, vel secus aliquid ipsa nolente agere, tametsi percipivissem, ut S. Regia Vestra Maiestas Magnificum Dominum Palatinum Marienburgensem, qui ad tres fere septimanas apud me profectioni in Livoniam accinctus fuit, ad tuendas saltem privatum consilio suo Reverendissimi Domini Archiepiscopi partes in Livoniam ablegasset, siquidem Reverendissima eius Illustritas ex suis neminem habet, cuius consilio recte uti possit. Etsi maxime facultas ei detur revocandi ad se quos ex consiliariis suis vellet, tamen propter renuntiatam fidem vix tuto, vel certe non citra suspicionem aliquam, negotia tanti momenti credituram Reverendissimam Illustritatem Suam [f. 195] illis esse arbitrari quis posset. Sed quia S. Regiae Vestrae Maiestati aliter visum est, et mihi in eo acquiescendum esse agnosco. Ne tamen Reverendissimus Dominus Archiepiscopus consilio prorsus destitueretur, duxi ex meis consiliariis duos illi mittendos esse, quorum opera pro parte saltem sua eius Reverendissima Illustritas, si res ad tractatus restitutionis deveniret, uti posset. Quod S. Regiam Vestram Maiestatem aegrius laturam non puto. Meo autem nomine nullos tractatus suscipiant iussi, nec aliquid consulant sive approbent, quod contra S. Regiae Vestrae Maiestatis dignitatem sit, vel incommodare utrisque nobis queat.

Ipsis etiam legatis Danicis rescriptum a me est rem omnem pendere ex arbitrio S. Regiae Vestrae Maiestatis, measque partes cum S. Regiae Vestrae Maiestatis dignitate et commodis ita coniunctas esse, ut illa non consentiente vel inscia, nihil possim nec velim tractando pacisci. Quod ut S. Regia Vestra Maiestas quoque sibi de me persuadeat, peto. Siquidem non modo fideliter ei assistam, verum etiam ita in hoc negotio Livonico me voluntati eius accommodabo, ut quae velle illam intellectero, debitibus obsequiis (quoad rationes seu facultates meae ferent) praestem. Ac vicissim etiam spero S. Regiam Vestram Maiestatem rebus hisce omnibus debito modo procurandis tractandisque partes quoque meas, pro sua clementia, non neglecturam esse. Illud autem de Danicis legatis eam ob causam S.

Regiae Vestrae Maiestati significo, ut si mei consiliarii, quos in Livoniam misi, ab eisdem rogarentur, ut una cum illis ad S. Regiam Vestram Maiestatem de tractatibus suscipiendis scriberent, S. Regia Vestra Maiestas non ignara esset, quid ego meis in mandatis dederim atque ad Danicos scripsirim.

Ceterum quoniam et ex eodem meo nuntio intelligo cupere S. Regiam Vestram Maiestatem, ut ne mercenarium meum militem dimittam, in eo [f. 196] non gravatim S. Regiae Vestrae Maiestatis voluntati moram geram. Sed maiorem in modum peto, ut Maiestas Vestra clementer secum expendat, quam grave sit mihi et equestrem et pedestrem militem meis sumptibus in aestatis usque tempus adhuc alere, singulis enim mensibus stipendia illorum viginti millia florenorum excedunt. Hinc facilis est supputatio, quantum pecuniarum sex iam mensibus frustra et cum nullo usu in eos expenderim. Itaque si S. Regia Vestra Maiestas volet retineri eas copias, dignabitur clementer de suo mihi subvenire. Quae enim facultatum mearum sit angustia, illam ignorare non arbitror. Neque enim opulentum mihi est Regnum aliquod, sed Ducatus pauper et bellis plus iam satis ac fere ad ipsam usque medullam exhaustus. Quare nisi et S. Regia Vestra Maiestas sumptum in eum militem facere iuverit, impossibile mihi erit tam grandem pecuniae summam conflare, unde tantus numerus diutius ali aut in expeditionem, cum opus erit, duci possit.

Postremo quae S. Regia Vestra Maiestas in Germania Inferiori percontando explorandoque, curandisque praeterea aliis rebus omnibus, per supra dictum nuntium meum mihi iniungit, haec omnia sedulo maxima iam ex parte curata sunt, daboque operam, ut ne quid horum in me desideretur. Sed idem quoque per suos ut S. Regia Vestra Maiestas faciat, suadeo. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati properanter renuntianda esse putavi. Reliqua S. Regiae Vestrae Maiestati saepe [f. 197] dictus nuntius meus exponet, cui ut fidem habeat seque Regem clementissimum praebeat, oro. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto meque meaque omnia clementiae illius deditissime commendo. Datae Regiomonti.

#### Cedula in literis Regis Poloniae

Ceterum, Serenissime Rex, pernecessarium mihi esse videtur, quoniam procul dubio ad Livonienses fama iam perlatum est, quid S. Regia Vestra Maiestas in Comitiis Varsoviensibus<sup>3)</sup> de bello contra eosdem gerendo constituerit, ut S. Regia Vestra Maiestas rebus suis diligenter in Lithuania invigilare iubeat, ne, ut istorum hominum imprudens et temeraria est importunitas, eo rumore perciti ipsi S. Regiam Vestram Maiestatem præveniant atque ex improviso illam adoriantur, præsertim cum rei bene gerendae occasionem satis commodam habeant, cum propter congelata flumina, tum quod imparatam S. Regiam Vestram Maiestatem fortassis offendherent. De quibus etsi prudenter S. Regiam Vestram Maiestatem cum suis cogitare non dubito, tamen submonendam esse eam hac de re putavi, ne quid securitas incommodet. Quam meam submonitionem, ex fide mea S. Regiae Vestrae Maiestati debita profectam, ut ne aegrius ferat, oro. Datum ut in literis.

A. M.[untzer]

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis, archiepiscopus Rigensis, frater ducis Alberti.*

3) *Comitia Regni Varsaviae a 6.XII.1556 usque ad 14.I.1557 celebrata.*

2) *Achatius Czema.*

N. 4489.

S.l., 26.I.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Catharinae reginae Poloniae*

*Hieronymum Einwaldt, fidelem servitorem suum, commendat et petit, ut apud regem consortem operam suam pro eo interponat, quo eo facilius negotia sua ex sententia conficere queat.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 304-305.*

N. 4490.

E Regio Monte, 26.I.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*Hieronymum Einwaldt (vel Ehwaldt), servitorem suum, ei commendat et rogat, ut ipsius negotium ita apud regem promoveat, quo voti compos fiat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 198.*

N. 4491.

E Regio Monte, 3.II.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*regi Galliae [Henrico II]*

*pro quibusdam civibus Gedanensibus, quibus aestate superiore navis, "cui nomen Natio Germanica", a subditis eius "in Francico mari" vi erepta est, intercedit et rogat, "ut iubeat clementer iisdem civibus Gedanensibus navim raptam cum refusione damnorum reddi et restitui".*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 199.*

N. 4492.

E Regio Monte, 4.II.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*Erhardum a Kunheim, subditum suum, vicecancellarii vero servitorem, ad ipsum revertentem, commendat et rogat, ut longiorem eius absentiam, partim privatis eius negotiis, partim adversa valetudine provocatam, ei ignoscere velit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 200.*

N. 4493.

E Regio Monte, 7.II.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
Rupertum, ophthalmicum suum, negotii cuiusdam gratia (quod ex inclusio  
supplici eius libello cognosci posse nuntiat) Vilnam proficiscentem, com  
mendat et rogat, ut eum in eiusmodi negotio ex sententia expediendo  
iuvare velit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 201.*

N. 4494.

E Regio Monte, 7.II.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Lutomirski, castellano Ravensi,  
Martinum Florum Kwiatkowski (Quiatcovium), alumnū suū et eius clien  
tem, ad ipsum proficiscentem, commendat.  
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 201-202.*

Ioanni Luthomirski, Castellano Ravensi, VII Februarii.

Commendat Martinum Florum Quiatkovium.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Cum honestus hic adolescens Martinus Florus Quiatkovijs, alumnus  
noster<sup>1)</sup>et cliens quoque Magnificentiae Vestrae, profecturum se ad Magni  
ficentiam Vestram diceret, facere non potuimus, quin literis eum testimo  
nialibus nostris apud illam prosequeremur. Ac quantum sane nobis con  
stat, honeste hic vixisse dicitur. Neque enim [f. 202] ullius delicti sive in  
vita, sive moribus accusatum audivimus. Quapropter eo commendatiorem  
quoque ipsum Magnificentiae Vestrae fore non dubitamus. Si quid tamen  
Magnificantia Vestra et nostris adducta precibus de sua in illum liberalite  
tate contulerit, factura nobis est rem gratam. In quo compensando de stu  
dio vicissim nostro desiderari nihil sumus passuri. Quod superest, Magni  
ficentiam Vestram rectissime valere optamus. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

1) *Martinus Kwiatkowski ab a. 1553 in Acad  
emia Regiomontana litteris ediscendis operam  
dabat.*

N. 4495.

S.l., 19.II.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Valentino Backfarck, musico regio,  
puerum illi commissum, ut artem musicam disceret, nunc apud se esse nun  
tiat; se eum brevi ad illum remissurum esse scribit et suadet, ut minus*

*severe et inhumaniter cum ipso agat, quod eiusmodi ars simili modo  
minime intelligi et edisci possit.*  
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 305-306.*

An Valentimum Backfarck, ko.mt. zu Poln etc. luthenisten etc., den 19  
Februari 57.

Wir haben euer schreiben, des datum stehet Wille den 14 Februari,  
bekhomen und seines inhalts verstanden. Sovil erstlich den knaben<sup>1)</sup>, den  
wir [f. 305] euch zu underweisen bevolhen, anlangt, hirauf geben wir euch  
gnedigst zu vernehmen, das derselbe zu uns anher komen, sich als ein die-  
ner zu beweisen, nicht der meinung als wolt er, wie man sagt, hinter der  
thuren von euch scheiden. Begeren auch gnedigst, das ir es anders nicht  
achten wollet, und so wir dann denselben in kurtz wider an euch zu ferti-  
gen bedacht, und uns hiebevorn furkomen als sollet ir inen dannnoch etwas  
hart und unmenschlich halten, wolten wir gerne, das in deme von euch des  
knaben gelegenheit bedacht wurde, dann unsers ermessens solche kunst  
nicht dergestalt kan gefast oder gelernt werden. Wollet euch demnach wess  
gelinder gegen ime erzeigen und, als wir nit zweifeln, vleiss an inen wen-  
den. Des solt ir der zuversicht zu uns sein, wann er ausge-[f. 306] lernt,  
euch vor eure muhe von uns gnedige erkentnuss geschehen soll.

Was letzlich eure bith des lundischen thuchs halben angehet, in sol-  
chem haben wir unserm reutmeister bevelich gethan. Habt es demnach  
durch euren schwagern ferner fordern zu lassen. Und wolten euch etc.

Commissio Principis propria

An. Monzer

1) *Ioannes Timme.*

N. 4496.

*E Regio Monte, 20.II.1557.*

*Albertus dux in Prussia*  
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*  
*Christophorum Ottendorff, servitorem suum, ternis iam litteris suis ratione*  
*immunitatis a vectigalibus in Regno Poloniae obtinendae ei commenda-*  
*tum, iterum commendat.*  
*(Latine).*  
*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 202-203.*

N. 4497.

*S.l., 23.II.1557.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Nicolao Tarto, signifero Premisliensi,*  
*Floriani Langnau, iudicis Antiquae Civitatis Regii Montis ("richter der Alten-*

stadt Konigspergk"), filium, in numerum servitorum eius acceptum, iterum commendat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45. ff. 306-306v.

N. 4498.

Tilsae, 1.III.1557.

*Albertus dux in Prussia*

R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]

*pro quibusdam subditis suis, quibus causa cum heredibus Georgii Ritter intercedit, in qua ad regem appellatum erat, quaeque ex Comitiis Varsaviensibus Vilnam nunc reiecta est, intercedit et rogat, "ut quantum aequitas et iustitia dictabit, apud S. Regiam Maiestatem afflictis et per praedictum Georgium Ritter ad extremam fere inopiam redactis subveniat".*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 203-204.

N. 4499.

S.l., 1.III.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo et, mutatis mutandis, Erhardo a Kunheim*

*pro subditis suis, cum heredibus Georgii Ritter, civis olim Toruniensis, causam habentibus, intercedit et rogat, ut eandem eorum causam, per viam appellationis ad iudicium regium Vilnae devolutam, regi commendent (cfr. 4498).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 306v-307v.

N. 4500.

S.l., 4.III.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,*

*Georgium Eysenach, tonsorem Vilnensem, iam ei ore tenus Vilnae commendatum, cui tonsor suus ("leibbalbirer"), Nicolaus Hornberg, filium suum commisit, ut artem tonsoriam disceret, iterum commendat et rogat, ut eum sub tutelam et patrocinium suum suscipiat.*

(Germanice)

Ostpr.fol., vol. 45, ff. 307v-308.

N. 4501.

S.l., 5.III.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim*

*nuntiat se ei aliquot vestes aulicas ex Regio Monte mitti iussisse; tunicam  
tamen pelliceam ex pellibus melinis confectam ("ein marderkelen fut-  
ter"), quae in Prussia difficilius inveniri possit, in Lithuania eum sibi  
emere debere, pro qua expensam pecuniam ei a burggradio suo Regionom-  
tano restitutum iri scribit.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 308-308v.*

N. 4502.

*E Regio Monte, 8.III.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
negotium, de quo ad regem scripsit [pro Elbingensibus] ei commendat (cfr. N.  
4503).*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 204-206.*

Duci in Olika, mutatis mutandis Vicecancellario<sup>1)</sup>, VIII Martii.  
Petit iuvari ea, de quibus ad Regem scripsit.

Illustris Princeps, Amice et Frater nobis perchare.

Cum ad S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, quaedam nobis scribenda essent, praetermittendum non putavimus, quin [f. 205] ad Illustritatem quoque Vestram literarum aliquid nostrarum daremus, idque pro studio et amore in illam singulari nostro. Quod si salva et incolumis est Illustritas Vestra rebusque ex sententia secundis utitur, nihil nobis eo gratius accidere posset. Plane etenim sibi Illustritas Vestra id de nobis persuadeat, nullos ei tam laetos et prosperos successus obvenire posse, quos non multo ubiores esse atque abundare in illa affatim velimus. Nos quidem, largiente Deo, integra pro aetatis nostrae conditione adhuc valetudine praediti sumus. Quam et in Illustritate Vestra et nobis, quoad eius divinae omnipotentiae videbitur, diuturnam esse optamus.

Intellectura est Illustritas Vestra ex literis ad S. Regiam Maiestatem nostris, quid a nobis non tam nostro aliquo, quam S. Regiae Maiestatis commodo petatur. In quo cum promovere plurimum Illustritatis Vestrae authoritas possit, peramanter proque fraterno inter nos amoris vinculo oratam illam habemus, ut, quantum poterit, preces nostras iuvet, quaque pollet prudentia, dexterius pro temporis huius rerumque statu illas ornet. Pluribus quidem haec ab Illustritate Vestra contendemus, sed cum nobis de fraterno illius affectu amplissima quaeque polliceamur, multisque illum argumentis antea experti simus, supervacaneum esse existimamus multis ea agere, quae brevibus expediri possunt. Ita enim res nostras et privatas et publicas Illustritati Vestrae commendatas esse scimus, ut nobis etiam non potentibus ipsa ultro adiuvandas provehendasque illas propendeat. [f. 206] Nos quoque, etsi facultas interdum deesse potest in compensandis iis, voluntate tamen promptissimos semper nos exhibebimus. Neque aliud sibi

Illustritas Vestra de nobis persuaderi patiatur quam ea, quae mutuam et sinceram animorum coniunctionem comitari debeant. Quod reliquum est, Illustritatem Vestram rectissime valere percupimus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Ioannes Przerembski.*

N. 4503.

*E Regio Monte, 9.III.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro senatu Elbingensi, "a quibusdam civitatis illius concivibus, tranquillitatis publicae turbatoribus", vexato et ad tribunal regium Vilnam citato.*

*Ostpr.Fol., vol. 55, ff. 206-208.*

Regi Poloniae, XI Martii.

Pro Elbingensibus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Cum nuntii senatus Elbingensis ad S. Regiam Vestram Maiestatem profecturi hac iter facerent, ad me descenderunt graviterque questi sunt negotium ei senatui fieri a quibusdam civitatis illius concivibus, tranquillitatis publicae turbatoribus, inter quos antesignani essent ii, qui seditionis ante annos aliquot iis in urbibus excitatae consortes fuissent, senatumque eum malevolorum quorundam instinctu ad accusationes adversariorum sententiamque S. Regiae Vestrae Maiestatis audiendam Vilnam citatum esse. Etsi autem eiusmodi evocationes cum privilegiis ipsorum directe pugnare asserunt, tamen [f. 207] ut ne quam inobedientiae culpam incurrent, obtemperandum esse S. Regiae Vestrae Maiestatis imperatis censuerunt. Ut autem S. Regia Vestra Maiestas innocentiae illorum facilem locum daret, mea se intercessione iuvari petiverunt. Quod aequa sane potentibus denegandum esse non putavi. Meminit S. Regia Vestra Maiestas me aliquoties ad illam perscripsisse vereri me, ne ex turbulentissimorum istorum concivium Elbingensem, qui pestes sunt eius Reipublicae, actionibus, odio fortassis quorundam subornatis, magnum aliquando incendium exsurgat. Quo pacto enim Respublica tranquilla aut pacata esse [postest], quae iuris et legum observantia, ubi perniciosis civibus liberum est quidvis in magistratum audere?

Audio esse in ea civitate quosdam, qui literis S. Regiae Vestrae Maiestatis salvi conductus securati, liberam sibi delinquendi potestatem sumunt, neque imperatis senatus ullis oboediunt. Quibus si ea libertas esse debet, prudenter S. Regia Vestra Maiestas secum expendat, qualis ibi animorum inter cives coniunctio, quam bene constituta Respublica, quae denique magistratus authoritas esse possit. Haec, inquam, ego me multo tuis S. Regiae Vestrae Maiestati significasse recordor, ut nunc eo accuratius revocandum S. Regiae Vestrae Maiestati in animum esse plane necessarium iudicaverim. Suadeo itaque ac consulo pro mea fide, ut ne patiatur

propter unum atque alterum hominem, seditionis studiosum, totam Rem-publicam periculo exponi, senatumve eius civitatis ad cuiusvis frivolas accusationes citationibus penalibus nondum auditum, multo minus convictiona<sup>a)</sup>, exagitari, praesertim tempore hoc difficultatibus plenob), [f. 208] sed effrenatam quorundam audaciam, sicut par est, cohercato<sup>c)</sup>, iura quoque et privilegia eius civitatis clementer sarta et tecta esse iubeat, nec evocationibus derogari aliquid illis sinat, tametsi etiam me non petente hoc S. Regiam Vestram Maiestatem facturam scio. Ea ratione S. Regia Vestra Maiestas plurimis se liberaverit molestiis et saluti tranquillitatique suorum rectissime consulet, animos etiam illorum ad quaevis pro horum temporum conditione et faciles et promptissimos reddet.

Pluribus haec a S. Regia Vestra Maiestate contenderem, nisi illam ad commoda suorum iustitiae et aequitati propendere scirem. Factura autem S. Regia Vestra Maiestas, si precibus et consilio meo fideli sane locum fecerit, rem pernecessariam, mihi gratissimam ac quovis officiorum genere demerendam. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

- a) *in ms. connectum.*
- b) *in ms. plane.*
- c) *in ms. cohерeат.*

N. 4504.

E Regio Monte, 11.III.1557.

*Albertus dux in Prussia  
capitaneo in Jurbork*

*Erasmi Preuss, civis olim Regiomontani, relictam viduam, ratione debitorum quorundam istuc proficiscentem, commendat et rogat, ut eam ita iuvet, "ut solutionem debitorum non difficuler consequatur".*

(Latine)

*Ostpr.Fol., vol. 55, f. 209.*

N. 4505.

E Regio Monte, 13.III.1557.

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Radzivill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
palatinum Marienburgensem [Achatium Czema], a rege Vilnam vocatum,  
commendat (qua autem in re ipsi commendare poterit, eum ex subdito suo  
Erhardo a Kunheim intellecturum esse nuntiat, cfr. n. 4506).*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 209-210.*

S.l., 13.III.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,  
commendat negotium Achatii Czema, palatini Marienburgensis (ut scil. villam  
quandam prope Marienburgum sitam a rege consequi queat), et rogat, ut  
eum vicecancellario commendet; eiusdem palatini fidem et voluntatem  
regi in omnibus inserviendi paratam laudat.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 308v-310.*

An Erhart Kunheim, den 13 Marcii 57.

Nachdem die ko.mt. zu Polen etc. den etc. Achatio Zemen<sup>1)</sup> zu sich erfordert, als ist er alhir in seinem durchzuge bey uns abgetreten und [f. 309] unter anderm vermeldet, wiewol die alte ko.mt. zu Polen etc.<sup>2)</sup> hochmilder gedechnuss ime ein hof oder garten, stadt bey Marienburg, aus gnaden verschrieben, welchs die itzige ko.mt. nicht allein bestettigt, sonder auch dem schatzmeister<sup>3)</sup> bevolhen, das er ime dieselbe einreumen solt. So sey doch solchs vom schatzmeister noch nicht geschehen. Ferner het er die ko.mt. auch umb ein hube im werder, welche ko.mt. ime auch gnedigt zugesagt, angelangt. Solche aber het er auch noch nicht bekommen konnen. Dieweil er dann die ko.mt. hochgenant disvals wider underthenigist zu ersuchen bedacht, so haben wir umb seiner wilferigen getreuen diinst wil- len, so er beydes der ko.mt., disen landen und uns geleistet, nicht unterlassen konnen, ime unsere gnedige befurderung zu thun etc. Demnach unser bevelich, du wollest von unsrerntwegen bey deinem hern, dem hern untercantzler<sup>4)</sup>, die underredung haben und solche persuasiones brauchen, damit der herr woywode vermittelst seiner 1. befurderung beides, den gar- ten zu [f. 309v] Marienburg, so auch die huben im werder bekommen und seiner bith gnedigst wilfaret werde, anmerkende, das gedachter herr woy- wode dannoch der ko.mt. in vill wege, nicht allein mit seinem leibe, sonder auch sonstn jederzeit auf ir ko.mt. erfördern und begeren mit geldt und anderm über seine pflicht gedienet und sich den willigen underthanen erzeiget. Darob wir hoffen, die ko.mt. sich umb sovil mehr gegen ime disfals mit koniglichen gnaden erzeigen werden. In alle wege aber wollest dich des gedachten hern woywoden gutduncken, wie du dise hendel vort- stellen sollest, bequemen.

Wir haben auch an deinen hern, in gleichnus den hern wilnischen woy- woden<sup>5)</sup>, das sie vilgedachtem hern woywoden furderlich sein wolten, und wes er begerte, von deiner person verstehen wurden, [f. 310] dir auch der- wegen in deinem anlangen von unsrerntwegen glauben geben, geschriben<sup>6)</sup>. Derhalben wan du von hern Zemen berichtet, wie er die bith will vorge- stellt haben, so hastu dich darnach zu richten und mit bester bescheiden- heit solches deinem hern und wilnischen woywoden zu vermelden, und damit das gebetene erhalten, an deinem solicitiren nichts erwinden lassen. Daran etc.

A. Monzer etc.

1) *Aschatius Czema, palatinus Marienburgensis.*

4) *Ioannes Przerembski.*

2) *Sigismundus I.*

5) *Nicolaus Radziwill "Niger".*

3) *Ioannes Kostka.*

6) *cfr. N. 4505.*

N. 4507.

E Regio Monte, 19.III.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
iterum pro subdito suo Christophoro Ottendorff intercedit "ratione immunitatis cuiusdam non magnae in solvendis teloneis, videlicet, ut ei liceret ea libertate uti, qua mercatores Wilnenses in Lithuania et Posnanies in Polonia utuntur" (cfr. etiam N. 4496).*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 210-211.*

N. 4508.

Tilsae, 19.III.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,  
de nimis lento negotiorum processu et procerum animis in negotio belli  
gerendi ambiguis dolet et timet, ne regi et Regno terrisque ei incorporatis  
magnum inde damnum oriatur; rogat, ut regem hortetur, ne eiusmodi  
periculum spernat; putat necessarium esse, ut rex classem paratam pae-  
sto habeat, ne eum Livones viribus superent da capo.*

(*Schedula ad Bernardum Pohibel: pro novis de legatis Germanis et Livo-  
nicis gratias agit*).

*Autogr. Sigill.*

*H B A, B, K. 1179.*

Edler und wolgeborner, grosgunstiger, guter freund und gunner, ser  
gelielter her hofmeister.

Aus ewerem nehern schreiben, geliebter her hofmeister, habe ich mit  
freuden verstanden, das E.H. mein schreiben zukumen, nicht weniger auch,  
was ich sunsten E.H. dinern Pernhart Pohibeln, euch ferner anzuziegen,  
wol eingenumen, und das ir mihr dy zeit, weil der kaufman vortgezogen,  
nichts antworten kunnen und das ir solchs beruhen lassen wolt bis mein  
bost wider abgefertiget etc.

Des thu ich mich bedancken und zweifel auch gar nichts an ewerem  
fleis, weil ir dan wisset, mit was trewen ich ewern und meinen gnedisten  
herren meine und, ab Got wil, meinen wil bis in mein grub. So kan ich  
euch nicht pergen, das mich dy hendel schlefferich vortzugehen ansehen,  
des ich warlich besorge, es mocht, das doch Got gnediglich verhuten wolle,  
k.mt. nicht ein verachtung und vergleinerung daraus volge, den ich sihe,  
man verachtdet schir alles, man wil kriegen und lest offentlich ausgehen.  
Iederman sorgt darneben, es sein spigelfechten, man hab ein anders vohr,  
und der man euch bewust hab alles in seiner gewalt, vertroste, dy seindt  
weis nit was, und gehen furwahr selczame reden, dy ich warlich dem  
bewusten nicht zutrauen kan noch wil, den ich achte yn als mein guten  
freund und bruder, fyl zu bedecklich und dapfer darzu. K.mt., mein gne-  
dister herr, hat mihr befolen, gute kuntschaft zu haben, das ich mit trewen  
fleis thu, hab auch solche leut gefertiget, denen zu glauben und nicht  
schlechte leut sindt.

Nun kumbt mihr ein anzeigen auf das ander. Ich schreibe k.mt. alles zu, befinde k.mt. acht fileicht alle ding nicht also, wy mans wol achten sol. Dardurch ich [p. 2] warlich besorgen mus, das k.mt. der Kron und aller seiner mt. eingeleibten landen nicht nachtheil entstehen mochte, wo man nicht alle ding bas verordnen mochte, es gehen dy sagen, dy Kron wolle kriegen, Litten wollen keinen leiden, was sy dy Kron angehe, und des fyl mehr. So wurt auch geredet, das durch dy Kron gar kein versehung beschehen, ab in dy Kron ader Preussen ein einfall beschehe. Wurt auch wol geredet, k.mt. hab noch nie recht ernstlich mit den stenden der Kron geratschlaget, so wollen dy s[t]end auch nichts darzu thun etc.

Meine kuntschaften lauten, wy ir solchs von dem herren margenburgischen woiwoden<sup>1)</sup>, dem ich alles zugeschriven, das k.mt. sein herlichkeit vermelden solle. Bitte herumb durch Gottes willen, wollet k.mt. trewlich raten, das s. k.mt. solche ding zu ferachten, sich niemandes bereden lasse, freude nicht sogar fur den kopf und von sich schlahahe, den ich zeuge es mit Got, das ich niemandes, alleindt k.mt. mit trewen meine und das mein noch anderer gar nicht suche. Dis hab ich auch E.H. aus trew und pflicht kegen meinem hern nicht wollen verhalten und das mein thun ungeachtet, ab mihr wol oft mein trewherczigkeit zur fryheit, und weis nicht, wohin ubriger sorge gedeutet. Wil ich doch lieber zu sorgfältig sein als zu feracht. Kumbts auch darzu, wurt das werck wol weisen, wehr veig ader verzaget.

Das ir der purger halben fleis bey dem hern woiwoden furwenden wollet, desgleichen den handel des verstorben Ritters furwen wollet, thu ich mich gunstlichen bedancken.

Das dy zugeschickten puchlein euch nicht worden, ist meiner vergessenheit schult. Schicke si euch hiemit alle bede etc.

[p. 3] Was dy ausschiffung belanget, wil hohe not sein, das si gevordert, und ab ich wol weis vertrewlich euch gesaget, das herren Czemen ein gift, das mans verbiten sol werden, doch dy zeitung geben, das k.mt. von noten sein wurt und ist ratsam, das k.mt. ie eher ie pesser auch schif ausrichte, damit dy Eiflender mit mehrerm grigsvolck wy im werck nicht gestercket. Eilich Dilse den 19 Marcy anno 1557.

Der elter etc.

Was dich, lieber Bohibel, angehet, darfs keiner dancksagung. Du weist, das ich dein g. h. bin. Bedanck mich auch deines erbitens der deuschen und eiflendischen boten halber. Warte teglichs weiter schreibens, het verhoft, solten nun ankomen gewesen sein.

1) Achatius Czema.

N. 4509.

*E Regio Monte, 22.III.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,  
nuntiat se libenter ad praefectos suos litteras daturum illis iniungentes, ut  
Nicolao Songajlowicz, nobili Samogitae, ab eo sibi commendato, rusticos  
profugos restituant, dummodo idem Samogita sibi indicet, "quo nomine  
dicantur profugi illius, in quo districtu et in qua villa, pago vel loco  
singuli habitent"; duas vero ancillas, a subdito suo, nobili Ioanne Götz,*

*retentas, eidem subdito suo ab eodem Samogita donatas esse subditum suum asserere scribit.*

(Latine)

Cfr. EL. XL, N. 1581.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 211-212.

N. 4510.

Tilsae, 27.III.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae*

*pro litteris gratias agit; de Achatti Czema ad regem adventu et audience ei concessa gaudet; consultum esse censet, ut rex naves festinanter parandas curet etc.; de Ioanne Łaski, causam "purae religionis" perorante, a rege et regina auditio gaudet et suspicatur praelatis id displiciturum esse; legatos Livonienses iam ad regem pervenisse sperat.*

Autogr. Sigill.

H B A, B, K. 1179.

Grosgunstiger und gar geliebter freund, her hofmeister.

Das Ewere Gunsta<sup>a</sup>) mich bey nogster diser bost mit yrem schreiben, ungesehen ab sy wol nichts besunders gehabt, unbesucht nicht lassen wollen, thu ich mich freuntlich und gunstlich bedancken. Dancke auch dem lieben Got, das der her weywoda von Margenpurgk<sup>1)</sup> gesunt zu k.mt. kumen und des andern dages verhoret. So hab ich auch aus k.mt. schreiben genungsam verstanden, was in meinen hendeln ausgericht und mihr weiter befolen. An dem wil ich meinen fleis nicht sparen und bitte<sup>b)</sup> gar gunstiglich, E.H. wol mich und meine hendel ir befolen sein lassen.

Das ir myt allem fleis mit k.mt. vor und itziger zeit in der bewusten sach des ausschiffens gehandelt und nicht anderst mercket, den das ier mt. auf voriger meinung pleibet, mit anhangk, wo es einem etc., an disem thut ier mt. kuniglich und weislich, ist auch nucz und gut, und wurt s.mt. nicht gerewen. S. mt. lasse sich nurnt nicht abfuren. Und weil ich gewisse kuntschaft, das dy Eiflender ire schif geladen und einen guten schacz mit ersten ofnen wassern ausfuren wollen, wehre auch hochgeraten, das k.mt. mit den schiffen eilte und solch gut bequeme kegen Kunigspurgk auflegen lisse, damit man des unkostens hernachmols in hendeln sofyl bas compensation<sup>c)</sup> erhylte. Glaub auch wol, das fyl umb dy ausschiffung gehandelt, sein mt. las sichs aber noch zur zeit nicht bereden, den gewislich wurt der eigen nucz und nichts anderst gesuchet. Und wil von euch gewartet, [p. 2] was sich weiter zutragen wurt.

Das her Lasky<sup>2)</sup> vohr bede k.mt. kumen, hab ich gern gehoret. Glaub, weil er ein fein gelarter man, habe wol georiert, und bin erfrewet, das k.mt.en der religion ermanet. Wurt auch k.mt. dy recht annemen, zweifel ich nicht, s.mt. wurt sigen wider alle s.mt. feinde, nurnt das sy rein sey und wol zugesehen werde, das des hochwirdigen sacramentes nicht yrrung fur-fallen etc. Kan wol abnemen, das den prelaten nicht gefallen, und bin erfrewet, das k.mt. in gnaden angenumen, er mit k.mt. polnisch, mit m.g.f., der kunigin,<sup>3)</sup> deusch geredet etc. Und ist furwahr nicht zu ferwerfen, das er

seine bekantnus zu geben sich erboten. Ist auch ratsam, das man si nicht ausschlahe und mit fleis überseehe etc.

Hoffe auch, das nun dy eiflendische [n]d) gesanten<sup>4)</sup> ankumen, und ist rat, das man wol zu sehen, dan wy vohr geschriben, ist der mit den Deutschen kumbt, gewislich ein kuntschafter, der alles hinnein wurt zu wissen thun, was er horet, sehet und erferet. Wil warten eweres weitern mitdeilens. Und schicke euch hirneben zeitung, dy mihr vor datis zukumen, daraus yr der welt doben zu ersetzen. Bit, wollets hern Czemen mitdeilen. Achte auch, er wurt euch, was ich s.h. geschriben, euch auch nicht vorhalten, darnach ir euch auch dem handel zum besten bey k.mt. zu richten. Befele euch hiemit Gottes gnedigem schucz und schirm. Eilich zur Dils geschriben den 27 Marcii anno 1557.

Der elter marggraff etc.

*In dorso alia manu:* Dem edlen und erenvesten, unserm besondern lieben Gabriel Terla, ko.mt. zu Polen etc. hofmeister, castellan zu Radum und heuptman zu Chelmen.

- |                                 |  |
|---------------------------------|--|
| a) <i>in Ms. Gunst</i>          | 2) <i>Ioannes Łaski, reformato.</i>  |
| b) <i>in ms. bitter</i>         | 3) <i>Catharina.</i>   |
| c) <i>in ms. compensasition</i> | 4) <i>23.III. venerunt Vilnam legati regis Daniae et nuntius magistri Livoniae, Thomas Horner.</i> |
| d) <i>in ms. eiflendiche</i>    |  |
| 1) <i>Achatius Czema.</i>       |  |

N. 4511.

*E Regio Monte, 11.IV.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioannni Przerembski] et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario.*

*pro opera et studio in negotiis suis apud regem promovendis adhibito, de quo Assuerum Brandt sibi enarrasse scribit, gratias agit et porro etiam negotia sua ex voto expedienda ei commendat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 214-215.*

N. 4512.

*Ragnetae, 15.V.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Stanislaw Skaszewski, capitaneo in Kroze.*

*Leonardum Frenck, horologiorum magistrum, ad regem redeuntem, commendat et petit, ut eum ita iuvare velit, "ut quod iustitiae aequitatisque ratio exigit, contra suum adversarium obtineat".*

(Latine)

*Cfr. El. XXXI, n. 693.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 216-217.*

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*rogat, ut operam suam interponat, quo Assuerus Brandt negotia sibi commissa quam primum recte et ex sententia apud regem conficiat et propere ad se revertatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 217-219.*

Vicecancellario, XVI Maii.

Petit ea negotia, quae Asuerus Brandt referet, iuvari.

Perspecta nobis atque explorata Reverendae Dominationis Vestrae studiosissima erga nos voluntas et animus plenus amoris ac benevolentiae, quem ex multis sane in rebus nostris recte curandis atque provehendis non dubiis argumentis cognovimus, eo nos adducunt, ut non tam de fidelissimis atque addictissimis administris nostris, quorum opera in peragendis negotiis nostris istic[f. 218] utimur, nobis aliquid polliceri, quam de Reverendae Dominationis Vestrae in nos studio atque benevolentia certam fiduciam ac spem indubitatam concipere possimus. Unde ita plane animum induximus, nihil rerum nostrarum apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, neque commodius neque celerius confici atque procurari posse, quam si earum curam Reverenda Dominatio Vestra suscipere minime sibi grave aut molestum duxerit. Adeo omnia in studio, amore et benevolentia Reverendae Dominationis Vestrae, quae istic nostro nomine conficienda sunt, posita arbitramur, impellenti nimirum animum nostrum in hanc optimam de Reverenda Dominatione Vestra opinionem re ipsa atque experientia, quam minime fallacem iudicatricem amicissimum voluntatum inter homines nos quoque aetate atque longo rerum usu edocti sumus.

Quare cum ex internuntio nostro, nobili viro Assuero Brandt, quem istic apud S. Regiam Maiestatem habemus, intellexissemus, et profecto de die in diem ea negotia, quae quam primum expedita esse permultum nostra referret, et in communem eam causam, quae cum Livonibus est, longas tractationes, denuo mandavimus eidem internuntio nostro, ut adhibita opera, studio atque officio Reverendae Dominationis Vestrae summam sollicitudinem impendat, ut ad ea omnia, quae ei demandavimus, primo quoque tempore expeditum responsum referat. Quantia<sup>a)</sup> enim sumptus et prorsus inutiles in militem [f. 219] mercenarium equitesque ista mora interveniente faciendi sint, Reverenda Dominatio Vestra facile potest expendere, idque ex internuntio nostro cognoscet. Eamque ob causam Reverendam Dominationem Vestram etiam atque etiam diligenter atque amanter rogamus, ut suam operam et amicissimam voluntatem, quam semper nobis egregiam praestitit, cum studio atque labore internuntii nostri nunc quoque coniungat, quo is, negotiis nostris apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, quam primum recte et ex sententia confessis, ad nos propere revertatur. Quod ut posse Reverendam Dominationem Vestram pro summa gratia et auctoritate, qua apud S. Regiam Maiestatem plurimum pollet, minime dubitamus, ita velle etiam nostra causa confirmari<sup>b)</sup> multis eius rei certissimis documentis omnino persuasum habemus. Nos si quid vicissim amantissimae voluntatis, pro-

pensissimi studii atque summae benevolentiae in Reverenda Dominatio-  
nis Vestrae dignitate ornanda omnibusque honoribus atque commodis  
augendis et amplificandis conferre atque praestare possumus, in eo sane  
Reverenda Dominatio Vestra omnia, quae a nobis proficisci queunt, nun-  
quam sibi defutura sentiet, nostram gratitudinem pro optimis meritis suis  
nunquam erga se intermoritaram re ipsa cognoscet atque experietur. Bene  
et feliciter valere Reverendam Dominationem Vestram ex animo cupimus  
et optamus. Datae Rangneti ut supra.

C. S[ilvius]

- a) *in ms.* Quantos
- b) *in ms.* confirmati

N. 4514.

*Ragnetae, 19.V.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwill,  
palatino Vilnensi, et capitaneo Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz] et  
Eustachio Wollowicz, M.D.L. marscalco,  
pro Constantino Kuncewicz, qui propter homicidium in aula regia commis-  
sum proscriptus est, intercedit et rogat, ut ei rex clementiam exhibere velit,  
"quo et liberum tutumque accessum ad purgationem sui habeat et cum  
cognatis occisi, data pecuniaria mulcta, negotium illud amice bonaque  
cum gratia transigere queat".*

(Latine)

*Cfr. E. XXXI, NN. 673; El. XL, NN. 1561, 1595, 1598.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 220.*

N. 4515.

*S.l., 20.V.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,  
pro diligentia in promovendis negotiis suis adhibita gratias agit; rogat, ut in  
cancellaria sollicitet, quo sibi quam primum scriptum responsum mittatur;  
refert de difficultatibus in pecunia regi procuranda et de parata voluntate  
sua, si ad expeditionem bellicam ventum fuerit, regi omnibus rebus  
suis inserviendi refert.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 310-311v.*

An Cunheim, den 20 May 57.

Wir haben bey Brandten dein schreiben empfangen und inhalts, wess die ko.mt. uff dein anbringen dir geantwort und du uns weitleufigt zuschreibest, auch ferner uff Brandten dich in allen hendeln zeuchst, verstanden. Thun uns solches deines fleises, muhe und be-[f. 310v]arbeitung in unsern hendeln gantz gnedigist bedancken. Lassen die gegebenen antwort

in sich stehena<sup>a)</sup> und haben von Branden dabey allerley weitleuttig verstanden. Weil aber Brandt under anderm uns einbracht, das uns die abfertigung oder abschiedt aus der cantzley schriftlich noch geschickt werden sollte, so begeren wir gnedigst, du wollest zum fleissigisten anhalten, damit du dieselbe abfertigung furderlich erlangen und uns zuschicken mögest.

Weil auch die ko.mt. vermöge deines schreibens uns bittet, ferner des geldes halben unsern fleiss anzuwenden, sollte an uns kein mangel sein. Es will aber keiner mit uns, sonder der ko.mt. selbst handlen. Derwegen es die ko.mt. mit bestem ferner in allen orthen behandlen lassen werden. Wie ir mt. auch von uns [f. 311] eine forma der versicherung zu aufbringung des geldes bitten, weren wir in deme der ko.mt. zu wilfarem wol gewogen. Esfeldt uns aber darinne disse hindernuss fur, das uns solches nicht möglich, dann wie die versicherung gesetzt oder gestelt sein solle, will bey denen, die das gelt leihen, wie und auf was mass und wege sie versichert sein wöllen, und dann der ko.mt. was sie thun wollen oder können, sehen, und wie sich die ko.mt. mit den leihenden vergleichen, uff solche mass uns die versicherung gestelt sein. Und was wir Branden neulich geschrieben, ime unterwegens worden und er dir zugeschickt, solches wollest treulich fördern und die antwort, uns darnach zu richten, zuschreiben. Weil auch wann der zug vor sich gehen und wir eigner person ziehen solten, unsere heuser Ragnit, Tilss, Memel und andere, die an der grenitz gelegen, zur notturft besetzt sein, auch uns nicht ein geringes, beedes uff die heuser und uns, gehn wolte. Wollest die ko.mt. [f. 311v] in unserm namen ins underthenigste bitten, es wolden ire mt. unsere treuheit, und das wir alle das unsere bey ir mt. aufzusetzen geneigt, betrachten und uns also in allen fellen mit gnaden bedencken, das wir irer mt. uns bey Branden geschehenen gnedigen vertröstung und zusag nach ire konigliche gnade, hulf und zu thadt sehen, spuren, befunden und nicht lassen werden mogen.

H. Sten[drich]

a) *suprascriptum pro expuncto: ruhen*

N. 4516.

Ragnetae, 21.V.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
pro negotiorum suorum promotione gratias agit; rogat, ut a rege litteras impe-  
tret, quibus Gedanensisbus usus sacramenti sub utraque specie permitta-  
tur, ut ad dandam mutuo pecuniam eo faciliores reddantur; petit, ut ope-  
ram navare velit, quo palatino Marienburgensi area quaedam, prope  
Marienburgum sita, per mandatum regium in possessionem tradatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 221-223.*

Duci in Olyka, XXI Maii.

Gratias agit, quod negotia sua promoverit, ostenditque, qua ratione pecunia conquiri possit. Item de area Domino Palatino Marienburgensi<sup>1)</sup> in possessionem danda.

Officiorum meorum fraterna commendatione praemissa.  
Illustris Princeps, Amice et Frater dilectissime.

Non possum Illustritatem Vestram celare, quod Magnificus Dominus Palatinus Marienburgensis, cum ex Vilna rediret, apud me fuit meque nomine Illustritatis Vestrae amanter salutavit, eiusque officia mihi commendavit. Pro qua re Illustritati Vestrae magnas habeo gratias ac dabo operam, ut hanc benevolentiam fraternalis meis studiis compensare queam. Sic enim creditur Illustritas Vestra, quod eam fratris loco diligo ac etiam spero et confido, quod Illustritas Vestra de amore et benevolentia sua erga me concepta non desistet.

In primis autem Illustritati Vestrae gratias ago, quod apud Serenissimam Regiam Maiestatem, Dominum mihi clementissimum, negotia mea tam diligenter promovet, et quod etiam Illustritas Vestra, studium suum in conquirenda pecunia pro instantे necessitate pollicita est, quemadmodum idem Dominus Palatinus mihi retulit. Videt enim Illustritas Vestra, quod nummis, qui nervi sunt bellorum, omnino opus est. Et quoniam saepedictus Dominus Palatinus Gedanum proficisciatur, ut ibi pecuniam conficiat et colligat, magno sibi usui fore dicit, si posset habere S. Regiae Maiestatis literas, minore saltem sigillo signatas et manu regia subscriptas, quibus permitteretur Gedanensibus sacramenti usus sub utraque specie. Hoc modo cives [f. 222] omnino benevolos et ad contribuendum ac mutuandum faciles habiturus esset. Quare Illustritatem Vestram amanter et fraterne peto, ut apud S. Regiam Maiestatem sollicitare et instare diligenter velit, ut tales literae Domino Palatino quanto citius mittantur. Sic utrumque recte procedet, animabus bene consultum erit et externa negotia felicem cursum habebunt.

Praeterea retulit mihi idem Dominus Palatinus, quod aream quandam habet, extra civitatem Marienburg sitam, et super illa area confirmationem divi olim Sigismundi Regis et modernae etiam Regiae Maiestatis. Iam vero quidam malevoli eiusdem Palatini practicantur, ut illam aream ad se pertrahant. Quod si fieri debeat, magno eius incommodo et praeiudicio futurum est. Nam homines aliquam suspicionem habebunt de Domino Palatino, quasi rem suam non bene administraverit. Quapropter cum illa area nullam utilitatem S. Regiae Maiestati afferat, et etiam Domino Palatino parum prospicit, nisi quod ad dignitatem eius spectat, vehementer et propter amicitiam nostram rogo, ut Illustritas Vestra operam dare velit, ut Domino Palatino illa area per mandatum Regis in possessionem tradatur. Quam ubi in possessionem acceperit, non gravabitur postea, si Regiae Maiestati videbitur, rursum decadere.

Contuli quoque cum Domino Palatino de negotio [f. 223] frumenti exportandi, ac mihi prorsus necessarium videtur moderate in ea re agere et non nimis magnam licentiam exportandi subditis permettere. Itaque si Dominus Palatinus super eo negotio agendi mandatum regium et plenipotentiam haberet, sperarem, quod posset certum modum, qui his terris multum profuturus esset, constituere. Iterum ergo fraterne peto, ne Illustritas Vestra gravetur et hoc negotium et superius petita mea causa diligenter et fideliter expedire. Hoc ego vicissim meis studiis et fraterno amore compensabo. Opto Illustritatem Vestram diu salvam et felicem vivere. Datae Rangneti.

C. S.[ilvius]

1) Achatius Czema.

N. 4517.

Ragnetae, 21.V.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*rogat, ut castellanum Gedanensem, Ioannem Kostka, terrarum Prussiae thesaurarium, affinem eius [sororis suae, Hedvigis Przerembska, maritum] per litteras hortetur, quo illam pecuniae summam, quam rex sibi per illum numerari iussit, sine mora numeret eo vel magis, quod ea pecunia ad persolvenda mercenario militi stipendia opus habeat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 223-224.*

N. 4518.

S.l., 21.V.1557.

*Alberti in Prussia ducis consiliarii*

*Gabrieli Tarlo et, mutatis mutandis, Erhardo a Kunheim*

*duce absente, pro Bernardo Heidenstein, cive Cripaviensi ("burger der stadt Kneiphof Konigspergk"), qui ob magnam hordei in Ducatu Prussiae inopiam in Lithuania et Samogitia aliquot lastas hordei sibi coemit, intercedunt et rogant, ut facultatem ei a rege impetrant eiusmodi hordeum in Prussiam exportandi.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 311v-312.*

N. 4519.

Ragnetae, 22.V.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*adversae valetudini eius dolet, rectae sanitatis recuperationem exoptat; pro benevolentia erga se eius et diligentia in promovendis rebus suis adhibita gratias agit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 224-225.*

N. 4520.

Ragnetae, 23.V.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*a rege impetrari petit, ut palatino Marienburgensi area quaedam prope Marienburgum sita, quam quidam eius invidi ad se pertrahere studeant, per mandatum regium in possessionem tradatur; rogarat praeterea, ut regi*

*persuadeat, quo custodiam urbis et portus Gedanensis eidem palatino  
Marienburgensi committi faciat.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 225-227.*

Vicecancellario, XXIII Maii.

Commendat Palatinum Marienburgensem<sup>1)</sup> petitque aream ad urbem Marienburgensem sitam in possessionem ei tradi. Item de civitatis Gedanensis cura ei committenda.

Cum his diebus Magnificus Dominus Palatinus Marienburgensis Vilna rediens ad nos divertisset, retulit nobis inter alia se aream quandam ad oppidum Marienburg sitam habere, super qua quidem area confirmationem divi olim Sigismundi Regis et modernae quoque S. Regiae Maiestatis, propriis earum Maiestatum manibus subscriptam, habeat. Iam vero quosdam eius Palatini invidos occultis id consiliis et practicis agitare, ut istam aream ad se protrahant. Quod si fiat, magno eius incommodo et praeiudicio futurum esse. Homines [f. 226] siquidem suspicionem inde capturos, quasi S. Regia Maiestas non satis illi confidat, aut quasi alii ipso inferiores plus auctoritatis et fidei apud S. Regiam Maiestatem habeant. Quod sane de honorifica existimatione Domini Palatini non mediocriter detrahet. Itaque cum illa area S. Regiae Maiestati ut minimam quidem utilitatem afferrat, atque etiam Dominus Palatinus ad teruncium inde fructum non percipiat, cum per se angustior sit ille locus, quam ut aedificii alicuius capax sit, nisi quod ad dignitatem eius tuendam spectat, obnixe etiam atque etiam rogamus, ut Reverenda Generositas Vestra, considerata rei qualitate, operam suam et auctoritatem interponere velit, ut Domino Palatino illa area per literas et mandatum regium in possessionem tradatur. Quam ubi in possessionem adeptus fuerit, non gravabitur postea ad voluntatem S. Regiae Maiestatis rursus decedere. Ne illi igitur res tam parvi momenti, quae tamen ad honorem et dignitatem eius in primis pertinet, denegetur, iterum amanter petimus.

Ceterum Reverendam Generositatem Vestram amanter celare non possumus, magnopere nobis consultum adeoque necessarium prorsus videri hoc tempore civitatem Gedanensem et in primis eius urbis portum probe custodiri, navesque appellantes et recedentes diligenter observari. Quare S. Regia Maiestas Domini nostri etc. rem et necessariam et multum Reipublicae conducibilem fecerit, si senatua<sup>a)</sup> populoque Gedanensi mandet, ut Dominum Palatinum Marienburgensem ad se [f. 227] primo quoque tempore vocent, eique custodiam urbis et portus committant, addendo illi 20 stipatores aliosque servitores, quorum opera recte uti possit. S. autem Regiam Maiestatem similiter Domino Palatino iniungere necesse foret, ut ad postulationem et vocationem Gedanensium compareat, eamque urbem cum portu eiusdem custodiendam suscipiat. Cui illud quoque imponat, ut interdum pro opportunitate in nostrum etiam portum appellat eumque pariter custodiae suae commissum habeat. Itaque Illustratatem Vestram<sup>b)</sup> amanter et fraterne petimus, ut in eam curam ac cogitationem incubat, ut pro communi commodo ac emolumento haec quam primum apud S. Regiam Maiestatem expediantur, neque in longum protrahantur, cum mora plerumque in his rebus plurimum noceat. Hoc nos fraternis officiis ubivis demerebimur. Datae Rangnet.

a) in ms. senatum

z) sic in ms.

1) Achatius Czema.

C. S[ilvius]

N. 4521.

Ragnetae, 25.V.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*capitaneo Samogitia [Hieronymo Chodkiewicz]*

*de quibusdam subditis regis ex districtu Poturensi, qui in locis controversis sub sequestro positis, "supergressis antiquis limitibus", ausi sint agros arare et colere, queritur et rogat, ut tenutario Poturensi, iurisdictioni eius subiecto, mandet, "ut is serio inhibeat subditis suis, ne antiquas granities arando excedant".*

(Latine)

Cfr. El. XL. N. 1602.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 227-228.

N. 4522.

S.l., 26.V.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,*

*magna rei frumentariae inopia et caritate Ducatus sui incolas opprimente ("das getreidich in unserm fursthenthumb ser teuer und wir fur augen, do es der liebe Gott nicht bessern wirt, einer bosen ernt sich zu vermuten"), se servitori suo, Thomae Koss, ducentas lastas siliginis in Magno Lithuaniae Ducatu emendas commisisse nuntiat et rogat, ut a rege imperiet ei facultatem eandem siliginem ex Lithuania in Ducatum suum transvehendi.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 312V-313.

N. 4523.

S.l., 26.V.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,*

*rogat, ut apud vicecancellarium in primis agat de subsidio pecuniario ad alienum militem mercenarium et parandas naves a rege sibi concedendo; quod attinet legatos suos in Livoniam mittendos, eiusmodi legationem nunc sibi necessariam non videri nuntiat et rogat, ut hanc suam opinionem regi communicet.*

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 313-314.

An Kunheim, den 26 May 57.

Wir haben bey unserm lackeyen dein schreiben empfangen und daraus verstanden, das du uff unsrer an Branden gethanes schreiben allein den einigen punct von der schickung in Eyflandt bey dem undercantzler<sup>1)</sup> angeregt. Do uns doch vornehmlich an dem punct von dem unkosten, so uff unterhaltung unsers kriegsvolcks und schiffe gehet, das der bey [f. 313v]

der ko.mt. zum hochsten angeregt werde, demnach wir besorgen, Brandt villeicht nicht unser gantzes schreiben dir zugeschickt. Derwegen schicken wir dir aus solchem unserm schreiben den punct inligende ausgezogen. Und begeren noch gnedigst, weil die ko.mt. nuhmer wider gen Willna kholm, du wollest zum treulichsten und vleissigsten dises puncts halben und umb gnedige konigliche hulff, rath und antwort anhalten, dann uns das volck nuhmer lenger zu erhalten unmuglich. Des hastu bey dem hern untercantzler und hern Terla umb treue förderung disfals zu bitten. Sonsten den punct der schickung in Eyfflandt belangende, verstehen wir, wess der untercantzler gerathen. Nun komen wir bey uns noch nicht befriden, das itziger zeit jemant derorth zu schicken nötig. Wollest es demnach aber- [f. 314] mals der ko.mt. und untercantzlern in bedencken fuhren, ob es unterlassen werden möge. Doch weil wir nuhmer in unserm hinabzuge nach Konigspergk sein, wollen wir gleichwol darauf bedacht sein, wehne wir schicken mögen, und uf ein vorsorge an die koniglichen gesanthen schreiben lassen und dir solch schreiben zuschicken. Wo dann die ko.mt. je haben wollen, das wir schicken sollen, so hastu uns solchs eilende zuzuschreiben, und dasselbe unser schreiben, wan ko.mt. hinein in Eyfflandt schicken, mit an die gesanthen zu schicken und zu bestellen, dann wir es nicht hinein zu bringen wissen, weil man die unsfern keineswegs hinein gestadet.

Das du unserm brudern<sup>2)</sup>inhalt deines schreibens geschrieben, ist uns gefellig. Dem untercantzler wollest geburende dancksagung seines hohen erbietens unsertwegen thun mit anzeigen, das wir daran kein zweifel hetten, und ferner unsere sachen ime zum besten commendiren etc. Sonsten der andern anzeigen und berichtung sein wir dir gnedigst danckbar mit beger, uns jederzeit, wie alle sachen stehn, zuzuschreiben.

H. Sten[drich]

1) *Ioannes Przerembski.*

2) *Gulielmus archiepiscopus Rigensis.*

N. 4524.

*Ragnetae, 29.V.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
rogat, ut apud regem efficiat, quo Gedanensibus et aliis tantum in negotio reli-  
gionis permittatur, quantum a rege Romanorum Vratislaviensibus permis-  
sum est.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 228-229.*

Duci in Olika, XXIX Maii.

Petit, ut literas apud Regem impetraret, ut liceat Gedanensibus in religione id, quod Rex Romanorum<sup>1)</sup> Vratislaviensibus permisit.

Non dubium est nobis, quin Illustratas Vestra id negotii, de quo eidem proxime manu nostra scripsimus, probe curatura sit, videlicet de impe-trandis literis a S. Regia Maiestate Poloniae etc., Domino nostro clementissimo, pro Republica Gedanensi in religionis negotio. Interea autem tempori illud nobis in mentem venit melius et consultius esse, ut tales literae

petantur generaliter, quoniam propter episcopos et sacrificulos fortasse aegrius in specie obtineri poterunt. Sic sane, ut S. Regia Maiestas tantundem Gedanensibus et aliis in religione permittat, quantum Serenissimus Romanorum Rex Ferdinandus Vratislaviensis permittit. Quapropter amanter et fraterne petimus, ut Illustritas Vestra sua auctoritate [f. 229] et gratia, qua potest plurimum, tales literas sub minore saltem sigillo impretrare contendat easque Domino Palatino Marienburgensi<sup>2)</sup> transmittat. Hoc nos amicis et fraternis studiis demerebimur. Datae Rangnet.

C. S.[ilvius]

1) *Ferdinandus I.*

2) *Achatius Czema.*

N. 4525.

S.l., 1.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, Ioannis Przerembski servitori, nuntiat se pro subdito suo Antonio Bogner ratione litterarum moratoriarum ("schutzbrev"), a Ioanne a Pelcken, cive Gedanensi, impugnatarum, ad regem, palatinum Vilnensem [Nicolaum Radziwill "Nigrum"], R.P. vicecancellarium [Ioannem Przerembski] et Gabrielem Tarlo litteras intercessorias dedisse et rogat, ut causam subditi sui eisdem palatino et vicecancelario commendet (cfr. NN. 4529, 4531).*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 314v-315.*

N. 4526.

S.l., 1.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae, pro subdito suo Antonio Bogner (cfr. N. praeced.).*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 315-316.*

N. 4527.

S.l., 2.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski, transmittit litteras suas, in negotio comitis ab Oldenburg ad regem scriptas, et rogat, ut eas regi tradat, celere ad eas responsum regium impetraret et idem responsum sine mora sibi mittendum curet.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 316-316v.*

N. 4528.

E Regio Monte, 3.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut ob magnam rei frumentariae in Ducatu suo inopiam servitori suo  
liceat ducentas lastas siliginis ex Lithuania, solutis debitis teloneis, evehe-  
re.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 229.

N. 4529.

E Regio Monte, 3.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, et, mutatis mutandis, R.P. vicecancellar-  
rio [Ioanni Przerembski]*

*pro Antonio Bogner, subdito suo, cuius litterae moratoriae, in decursum trium  
annorum ei a rege concessae, a quodam Gedanensi [Ioanne a Pelcken]  
impugnantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 230-231.

N. 4530.

E Regio Monte, 3.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Ulrico Hosio, telonei Caunensis praefecto, et, mutatis mutandis, Ivano Kun-  
cewicz*

*rogat, ut – magna rei frumentariae inopia Ducatus sui incolas opprimente –  
subdito suo Thomaee Koss ducentas lastas siliginis ex Lithuania, regio  
assensu accedente, evehere liceat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55. f. 231.

N. 4531.

E Regio Monte, s.d.,VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Antonio Bogner, subdito suo, ratione litterarum morotoriarum, ad trien-  
nium ei a rege concessarum, ad iudicium regium Vilnam vocato.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 232.

N. 4532.

E Regio Monte, 4.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia  
reginae Scotiae [Mariae]*

*pro Joanne Ungerman et Martino ab Hosen eorumque sociis, civibus Regionemontanis, quibus ante decennium navis mercibus onusta a Scotis erepta est, intercedit et rogat, ut eorundem civium procuratorem, in Scotiam se conferentem, ut damnorum compensationem a raptoribus exigat, ita iuvare velit, quo subditi sui voti compotes efficiantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 233-234.

N. 4533.

S.l., 7.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,  
sententiam suam de non mittendis in Livoniam legatis suis se regi perscrip-  
sisse nuntiat nec dubitat, quin rex ad legatos imperiales scripturus sit  
eosque hortaturus, ut negotium soli confidere pergant, nec nuntios suos  
exspectent; rogat, ut expeditionem nuntii sui ad regem de pecunia missi  
accelerari curet; petit, ut litteras suas reginae tradat et se edoceat, quid in  
negotio Iulii ducis Brunsicensis actum sit; nuntiat se ad archiepiscopum  
Rigensem scripsisse, ne rege, protectore suo, nescio vel invito aliquid  
suscipiat, et petit eas litteras ad archiepiscopum transmitti.*

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 316v-318.

An Erhart Kunheim, den 7 Junii 57.

Wir haben dein schreiben, zur Wille am sonst Exaudi<sup>1)</sup> ausgangen, bekhomen und daraus, wess sich seindt deinen jungstem schreiben zuge- tragen, verstanden. Nun thun wir uns deines allenthalben furgewanthen fleises mit besondern gnaden bedancken und begeren gnedigen, du wollest hinfurter an treuem [f. 317] fleisse nichts erwinden noch mangeln lassen. Und haben der ko.mt., wie du ohne zweifel von deinem hern<sup>2)</sup> erfahren werdest, unsere meynungen und das wir die sendung unserer gesanthen nach Eyfflandt itziger zeit nicht notig achten, zugeschrieben. Und zweifeln nicht, ire ko.mt. nuhmer an des Reichs gesanthen<sup>3)</sup> schreiben werden, das sie im nahmen Gottes mit dem handel vortfaren und zu vermeydung beschwerliche ufzuge uff unsere gesanthen nicht warten.

Weil du uns dann auch unter anderm vertröstest, das du unsern postreuther mit erstem wegen des geldes mit einem bescheidt abfertigen wöllest, desselben seint wir gewertig und ersehen uns, solchs nuhmer geschehen sein werde. Im fall aber dasselbe bis zu ankonft dises unsers schreibens verpliben were, begeren wir gnedigst, du wollest nochmals mit fleiss befördern, uff das er furderlich abgefertiget.

Die ko.mt., unsere gnedige frau,<sup>4)</sup> haben wir beantwort. Schicken dir das schreiben, damit du solchs irer mt. zu behendigen, und darfst deiner person halben keine beysorge tragen.

[f. 317v] Wess auch hertzog Julius von Braunschwick<sup>5)</sup> halben weiter furfelt, das wollest uns hinfurter mitteilen.

Hyrneben geben wir dir zu erkennen, das wir dem cum tittulo unserm bruder etc., ertzbischoff<sup>6)</sup> etc., hiebey in beyligendem versigeltem briefe schreiben, das s.l. von voriger handlung nicht abstehe und sich hinder der ko.mt. etc. als s.l. protectoris vorwissen in nichts einlassen solle. Derhalben wollest solchen brief, wan die ko.mt. an des Reichs gesanthen schreiben, mit nach Eyflandt verfurdern. Daran etc.

### Cedula

Damit du auch sovil besser unsere meinung, wess wir an ko.mt. geschrieben, zu vermercken, so senden wir dir des schreibens copien zu. Des geldes halben wollest je fleiss furwenden, damit nicht verseumet, dann [f. 318] es die hochste notturft zum anzuge erforder. Mussen auch solchs der pomerischen reuter halben furm ersten anzug zeitlich haben. Datum ut in literis.

Secret. etc.

1) 30.V.1557.

2) *Ioannes Przerembski.*

3) *Valentinus Saurmann et V. Vepřovec.*

4) *Catharina.*

5) *filius ducis Henrici.*

6) *Gulielmus, archiepiscopus Rigensis.*

N. 4534.

*E Regio Monte, 16.VI.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*a multis Regni Poloniae proceribus requisitus, intercedit pro nobili Ioanne Chrostowski, qui casu quodam fortuito in indignationem regis incidit et a Regno proscriptus est, et rogat, ut rex "casum infelicissimi hominis considerare et eius duram condemnationem clementer expendere velit, eique regiam gratiam et favorem... exhibere sicque perficere, ut illi condonata culpa et mitigato seu sublato decreto pristinam existimationem et honorem nobilitatis recuperare liceat".*

(Latine)

*Cfr. El. XL. NN. 1587, 1601.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 234-235.*

N. 4535.

*E Regio Monte, 16.VI.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*regi Angliae [Philippo]*

*nuntiat se ad eius intercessionem Anglis quibusdam libertatem fecisse, ut merces quasdam duabus navibus, ad subditos suos Martinum Marquart, Laurentium Berbant, Martinum ab Hofen et Michaelm Stendell pertinentibus, in Angliam transportare possent, et rogat, ut dictos subditos suos et navium eorum nauclerum, Martinum Fritzsche, etiam subditum suum,*

*sub regiam protectionem recipiat, "digneturque curare, ne vectigalibus hactenus inusitatis onerentur, sed... tuto, libere et citra impedimentum aliquod ex Anglia dimittantur".*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 235-236.*

N. 4536.

*E Regio Monte, 17.VI.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*

*de felici eius Vilnam adventu gaudet et sperat fore, ut is negotiis etiam suis promovendis magno usui sit; rogat, ut negotium obtainndae a rege iam sibi promissae pecuniae promoveat, quo aes alienum ad alendum militem mercenarium contractum creditoribus suis solvere queat; res fratri sui, archiepiscopi Rigenesis, ei commendat.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 237-238.*

Ioanni Ocieski, Supremo Regni Poloniae Cancellario, XVII Iunii.

Gratulatur felici adventui Vilnam. Item petit primissam a Rege pecuniam solvendam sua opera iuvari. Commendat Archiepiscopum Rigensem<sup>1)</sup>.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Cum intellexissemus Magnificentiam Vestram salvam et incolumem Vilnam venisse, facere non potuimus, quin pro nostra in Magnificentiam Vestram benevolentia et amore singulari de eo illi adventu gratularemur. Ac in primis optamus, ut is cum emolumento, dignitate et commodo negotiorum S. Regiae Maiestatis ac totius incliti Poloniae Regni incremento, cum Magnificentiae autem Vestrae celebritate coniunctus sit. Quantum enim Livonicis negotiis iam pridem praesentia Magnificentiae Vestrae profuisset, nemo est qui non facile intelligat. Nostris quoque rebus procurandis quantum commodare potuisset, non ignoramus. Licet Reverendum Dominum Vicecancellarium<sup>2)</sup> pro summa virili sua negotiis nostris iuvandas promovendisque egregie operam omnem navasse fateamur oportet, nihil ut sane studii desiderare in se passus sit, attamen, si ad manum et coniunctam Magnificentiae quoque Vestrae operam habuissemus, minore cum difficultate ac molestia utriusque auxilio uti potuissemus. Nunc vero cum adventus Magnificentiae Vestrae desiderio nostro responderit, pro ea, qua Magnificentiam Vestram in nos propensione ferri scimus, et quod multis antea argumentis se nobis minime difficilem praebuit, plane confidimus negotia illam nostram, quae pro horum temporum conditione ex clementia S. Regiae Maiestatis pendent, quaeque intellectura est Magnificentia Vestra a Maiestate Sua vel Reverendo Domino Vicecancellario, [f. 238] vel subdito istic nostro Erhardo a Kunheim, curae habituram esse daturamque operam, ut quod de militum stipendiis a nobis petitum ac clementer quoque a S. Regia Maiestate promissum est, primo quoque tempore consequi possimus.

Facile enim Magnificentia Vestra pro sua prudentia iudicare potest non esse facultatum nostrarum tantos sumptus sustinere, quos multo equidem aere alieno contracto in gratiam S. Regiae Maiestatis per integri iam fere anni decursum in equites et milites alendos impendimus, ita sane, ut

nisi S. Regia Maiestas clementer nobis subvenerit, in maximam nos ea res difficultatem sit adductura. Itaque pro suo ut in nos veteri amore Magnificentia Vestra haec iuvanda provehendaque suscipiat, maiores in modum ac amice petimus.

Praeterea non gravabitur quoque Magnificentia Vestra res Reverendissimi Domini Archiepiscopi, fratris nostri, afflictas in patrocinium<sup>a)</sup> et curam suam recipere, ut S. Regia Maiestas, sicut clementer cepit, sic etiam porro in liberanda et sublevanda eius Illustritate se et Regem et consanguineum clementissimum praebeat. Quod facturam esse Magnificentiam Vestram certo certius nobis persuademos. Erit hoc nobis ita gratum, ut quam gratissimum. Datur vicissim operam, ut Magnificentia Vestra se hanc benevolentiam suam optime posuisse intelligat. Quod reliquum est, Magnificentiam Vestram rectissime valere exoptamus.

A. M.[untzer]

a) *in ms. patriconium*

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis, frater*

*ducis Alberti.*

2) *Ioannes Przerembski.*

N. 4537.

*E Regio Monte, 17.VI.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*rogat, ut a rege impetraret, quo responsum legatis regis Romanorum et S. Romani Imperii datum archiepiscopo Rigensi transmittatur; petit praeterea, ut suasor et hortator sit regi, quo promissam iam ad solvenda militibus stipendia pecuniam tandem consequatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 239-240.*

Vicecancellario, XVII Iunii.

Petit legationem et responsum legatorum Danicorum<sup>a)</sup> Archiepiscopo Regensi<sup>b)</sup>mitti. Item ut suasor sit S. Regiae Maiestati de subministranda pecunia ad solvenda militibus stipendia.

Reverende ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Arbitramur plurimum interesse Reverendissimi Domini Archiepiscopi Rigensis, ut Illustritas Sua sciat, quid Serenissimi Romanorum Regis<sup>2)</sup> et Sacri Romani Imperii legati ad S. Regiam Maiestatem retulerint ac quid responsi Maiestas Regia illis dederit. Quia vero Maiestas Regia ad nos perscrispit velle ea se omnia ad Illustratatem Suam mittere, percuperemus, si factum adhuc id non est, primo quoque tempore confieri, ut Illustritas Sua, S. Regiae Maiestatis voluntate cognita, eo commodius et rectius rebus suis consulere possit. Itaque Reverendam Generositatem Vestram amice oratam habemus, ut curari hoc ipsum benigne iuvet.

Praeterea cum trium mensium stipendia, quae militibus nostris debentur, multum nobis curarum et sollicitudinis pariant, peramanter petimus, velit Reverenda Generositas Vestra, sicut illam hactenus sedulo fecisse scimus, suasor et hortator S. Regiae Maiestati esse, ut quod clementer nobis hac ex parte sublevandis pollicita est, tandem consequamur. Facile enim

Reverenda Generositas Vestra iudicare potest impossibile nobis esse tantos sumptus facultatibus nostris sustinere, siquidem non tantum plane aerarium nostrum alendo fere per integrum annum equestri et pedestri milite exhausimus, sed multo nos etiam aere alieno oneravimus, ut nisi Maiestas Regia, in cuius gratiam, quantum sane rationes hactenus nostrae tulerunt, libenter praestanda praestitimus, nobis clementer subvenerit, missio militibus [f. 240] etiam invitatis nobis danda sit. Quare maiorem in modum Reverendam Generositatem Vestram oramus, nostro ut nomine urgere apud S. Regiam Maiestatem hanc rem ne gravetur, ut Maiestatis Sueae benignitate, sicut clementer pollicita est, sublevati, hac difficultate eximamur. Factura Reverenda Generositas Vestra rem nobis valde gratam ac per omnem occasionem amicis nostris studiis vicissim demerendam. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

a) *sic in ms., in textu de legatis regis Romano-rum et Imperii sermo est.*

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis, frater ducis Alberti.*

2) *Ferdinandus I.*

N. 4538.

S.l., 23.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski, negotium subditu sui Martini Seifert, pro quo se litteras intercessorias ad regem et palatinum Vilnensem [Nicolaum Radziwiłł "Nigrum"] dedisse nuntiat (ex quarum litterarum exemplis eiusmodi negotium eum intellecturum esse significat), ei commendat (cfr. N. 4542).*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 318.*

N. 4539.

E Regio Monte, 24.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae a rege requisitus significat, ubi et quomodo pecunia in mutuum obtineri possit.*

*Ostpr. Fol., vil. 55, ff. 240-241.*

Regi Poloniae, XXIIII Iunii.

Significat, ubi pecuniam conquirere possit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas mihi iniunxit, ut de conquirenda in mutuum pecunia diligentem operam navarem, significandum esse duxi S. Regiae Vestrae Maiestati compertum me habere, Generosum Geor-

gium Rammel, praefectum Stolpensem provincialem, de redemptione districtus Pucensis vel Mirchoviensis cum iis, qui iure hypotecario nunc illas praefecturas tenent, contracturum ac pignoratam pecuniam mille et quingentis taleris aucturum, modo ei ea fiat a S. Regia Vestra Maiestate potestas. Sin vero impetrare hoc a S. Regia Vestra Maiestate non posset, non abnuere se ad castri [f. 241] vel alterius alicuius praefecture, Ducatu Pomeranico finitima, impignorationem summam pecuniae S. Regiae Vestrae Maiestati mutuo dare. Itaque arbitrio S. Regiae Vestrae Maiestatis relinqu, an suis cum eo ipso Georgio Ramel agendum tractandumque hoc nomine aliquid demandare velit.

Praeterea relatum quoque ad me est Raphaelem Konopatzki<sup>1)</sup>, si nomen recte memini, et plures alios tam in S. Regiae Vestrae Maiestatis Poloniae Regno, quam Pomeraniae terra ac Mazoviae etiam Ducatu esse, apud quos facile S. Regia Vestra Maiestas egregiam aeris summam conquerere possit. Haec ideo S. Regiae Vestrae Maiestati significo, ut ne arbitretur me segnem in obeundis illius mandatis esse. Poterit itaque S. Regia Vestra Maiestas secum constituere, quid ei hac ex parte expediat. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

1) *Raphael Konopacki, castellanus Elbingensis.*

N. 4540.

E Regio Monte, 24.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, et R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*Achatium Czema iuniorem, palatini Marienburgensis filium, in aulam regiam se conferentem, commendat ipsumque adolescentem et patris eius virtutes ac merita laudat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 241-242.

N. 4541.

S.l., 24.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Hoit (Hoyten)*

*negotium subditi sui Martini Seifert ("eines gutleins halben bey Kirsmemel gelegen") ei, utpote Vilnae et in aula regia saepe versanti, commendat (cfr. N. 4542).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 318v-319.

N. 4542.

E Regio Monte, 27.VI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, palatino Vilnensi  
[Nicolao Radziwill "Nigro"]*

*pro Martino Seifert, subditae olim suae nunc defunctae, Ioannis Feyerabent  
relictae viduae, genero et herede, intercedit et petit, ut pratum quoddam,  
ad possessiunculam defunctae socrus suae in Magno Ducatu Li-  
thuaniae sitam pertinens, nunc pro gregibus regiorum equorum pascendis  
ei ademptum, obtinere possit vel, si hoc fieri nequeat, in compensationem  
eiusdem prati aliud pratum vel pascuum ei assignetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 242-243.

N. 4543.

E Regio Monte, 5.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
iterum pro subdito suo Thoma Koss, cui facultas emendi et exportandi ex  
Magno Ducatu Lithuaniae ducentas lastas siliginis pro necessitate subdi-  
torum suorum, magna rei frumentariae inopia oppressorum, primum a  
rege concessa, deinde tamen adempta est, intercedit et petit, ut auctoritate  
sua apud regem efficiat, ut quod non privati alicuius commodi causa, sed  
pro sublevandis a fame subditis petit, tandem obtineat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 247-248.

N. 4544.

S.l., 5.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,  
negotium subditi sui Thome Koss, ut scil. facultas ei a rege concedatur, ob  
magnam rei frumentariae in Ducatu suo inopiam et caritatem, ducentas  
lastas siliginis in Magno Lithuaniae Ducatu coemendi et illinc in Duca-  
tum suum exportandi, ei commendat et rogat, ut idem negotium apud  
palatinum Vilnensem [Nicolaum Radziwill "Nigrum"] etiam promoveat  
(cfr. N. 4543).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 319-319v.

E Regio Monte, 8.VII.1557.

*Albertus dux in Prussiae*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*Iacobum Heraclidem Basilicum, despotam Sami, a Turcis rebus omnibus exutum et exulem, "scientia rei militaris praestantissimum", commendat.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 245-246.*

Duci in Olika, VIII Iulii.

Commendat Heraclidem Basilicum.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Commendatus a nobis est ante aliquot menses S. Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo, Illustris et Generosus Dominus Iacobus Heraclides Basilicus, Despota Sami, Marchio et Princeps Pari, de celebri Graecorum Principum familia oriundus, nunc vero [f. 246] propter Turcarum tyrannidem bona ipsius occupantium exul. Quem cum Illustritati Vestrae charum esse intelligamus, praetermittere non potuimus, quin nostris quoque precibus eundem illi devinctiorem commendationemque redderemus, tametsi ipsum et virtute eximia et multarum rerum scientia, praecipue vero scientia rei militaris praestantissimum, etiam commendatione nostra non accidente charissimum iam Illustritati Vestrae esse existimamus. Tamen si quid benevolentiae, favoris et commodi nostri causa apud Illustritatem Vestram ei accrescere potest, maiorem in modum proque amicitiae et fraternitatis nostrae vinculo id ab illa flagitamus petimusque, ut quacumque ex parte Illustritas Vestra egregio illi viro commodare poterit, in eo se benignam, sicut facere iam ipsam plane confidimus, praebat.

Longiore uteremur commendatione, nisi Illustritatem Vestram omni virtutum genere ornatissimam iis hominibus, qui heroicis et excellentibus donis a Deo ornati sunt, praecipue vero exilibus, bene velle ipsosque ultro in patrocinium suum susceptos fovere, iuvare et promovere sciremus. Factura autem Illustritas Vestra rem nobis tam gratam, ut quam gratissimam, studiisque nostris fraternalis compensandam. Ipsum vero Principem exulem multa sibi gratitudine devinciet. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

E Regio Monte, 8.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Troiano Provano, secretario regio,*

*pro litteris, nova prius sibi non cognita continentibus, gratias agit et rogat, ut etiam in posterum scitu digna scribere velit.*

(Latine)

Cfr. El. L, N. 573.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 247.

N. 4547.

S.l., 8.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,  
de constituta a rege bellica expeditione et nominatis exercituum capitaneis  
gratulatur et omnem felicitatem et successus regi exoptat; rogat, ut negotia  
sua apud regem, praesertim nunc, Erhardo a Kunheim aegrotante, ita pro-  
movere perget, ut non solum promissiones, sed certum tandem responsum  
obtineat; de meliore nuntio de valetudine castellani Cracoviensis gaudet et  
sperat eum per longos adhuc annos Regno inserviturum esse.*

*Cfr. El. XLIII, N. 193.*

*Ostpr, Fol., vol. 45, ff. 319v-320v.*

An Gabriel Terla, den 8 Julii 57.

[f. 320] Euer schreiben, das datum stehet freytagk nach Petri und Pauli<sup>1)</sup>, haben wir entpfangen und seines inhalts verstanden. Sovil der ko.mt., unsers g. hern, auszugk, desgleichen die verordnung der bevelichsleuth im felde, und wess dem anhengig, belangt, darzu wunschen wir von dem lieben Gott gluck, heil und seinen segen, damit alle hendel zu erbreiterung gotlicher ehre und gemeiner wolhart mugen ausgerichtet werden. Wir thun uns aber fur die mitteilung und allerley bericht, so ir uns thut, zum gnedigsten bedancken. Seint es in gnaden wider su erkennen gewogen und begeren gantz gnediglichen, wess weiter furfelt, uns desselben teilhaftig machen wollet.

Und dieweil wir gar nicht zweifeln, ir unsere sachen jederzeit gern zum besten bey der ko.mt. beforderet, wie wir auch solchs in vill wege ersprieslich befunden, so sinnen wir gantz gnediglichen, ir wollet hinfurder von solcher euer gutwilligkeit gegen uns nicht abstehen, und sonderlich [f. 320v] weil unser diener, der Kunheim, itziger zeit mit schwachheit beladen, bey der ko.mt. hochgemelt dahin furdern, damit wir mit dem vertrösten nicht gelassen, sondern furderliche antwort und bescheidt bekhomen mögen.

Das sich die zeitung wegen des hern von Crackau<sup>2)</sup> anders, als man eine weil davon geredt, ervolget, das horen wir gern, und wollen zu dem Allerhochsten hoffen, das derselb der loblichen Chron zum trost noch zu langwirigen tagen solle erhalten werden. Und wolten euch etc.

Secret.

1) 2.VII.1557.

2) Ioannes Tarnowski.

N. 4548.

E.l., 8.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislaw Myszkowski, R.P. incisor,  
ob institutam iam bellicam expeditionem victoriam et felicitatem regi exoptat  
et rogat, ut, siquidem et ipse ad eam expeditionem a rege certo vocabitur,*

*negotium suum (de subsidio pecuniario) ita promoveat, quo id, quod sibi  
promissum est, sine mora consequatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 320v-321v.*

An Stanislaum Miskofski, den 8 Julii 57.

Nachdem uns itziger zeit botschaft an [f. 321] euch furgefallen, haben wir aus sonderer gnedigen gewogenheit nicht unterlassen mugen, euch mit disem unserm schreiben zu ersuchen. Und dieweil wir dan aus etzlichen an uns gelangeten berichten, das die ko.mt. zu Poln etc. nuhmer iren auszug zu nemen bedacht, vermercken, wunschen wir darzu von Gott dem almech-tigen sig und alle wolfart. So wir uns aber vermuten, die ko mt. hochge-nant uns mit den unsern nuhmer auch uffordern werden, und euch nicht unbewust, wess beschwer wir nuhmer lenger als ein jar getragen, und wess ire ko.mt. uns dagegen vertrostet, wir auch nicht zweifeln, ir dieselben sachen mit treuen und allem fleiss befordern werdet, haben wir euch gleichwol derhalben besuchen wollen. Und ist demnach an euch unser gantz gnediges sinnen, ir wollet uff unsers dieners Erhartens von Kunheims ansuchen und sonsten fur euch selbst mit bester bescheidenheit bey der ko.mt. anhalten, uff das wir mit dem vertrösteten nun nicht mer lenger ver-zogen, sonder dasselb zum for-[f. 321v] derlichsten behomēn mögen. Das seint wir mit besondern gnaden gegen etc.

Secret.

N. 4549.

S.l., 8.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,*

*de infirma valetudine eius dolet et, quod negotia sua, etiam infirmus, fideliter  
et diligenter expedire perrexerit, gratias agit; suadet, ut Gabrielem Tarlo,  
Fabianum Czema et Stanislaum Myszkowski sibi asciscat, qui una cum  
eo negotia sua curent, praesertim causam subsidiī pecuniarii sibi a rege  
concedendi sollicitent et ita laborem onusque eius deminuant; edocet  
eum, quibus modis et viis pecunia a Gedanensibus, Toruniensibus et aliis  
Prussiae civitatibus haberi possit; rogat litteras suas "secretario Italico"  
tradi.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 321v-323.*

An Erhartens von Kunheim, den 8 Junii 57.

Wir haben dein schreiben, des datum stehet Wille freytags nach Petri und Pauli<sup>1)</sup>, entpfangen und alles seines inhalts eingenommen, under anderm mit gnedigem mitleiden deine schwachheit verstanden, zu dem lieben Gott hoffende, er werde dir zu voriger gesundtheit furderlich wider verhelfen. Das du aber gleichwol in solcher deiner schwachheit dir unsere hendel so treulich und vleissig hast lassen angelegen sein und dieselben [f. 322] gefördert, nemen wir zu gnedigem danck an, seint es auch in allen gnaden hinwider gegen deiner person zu erkennen gewogen. Und so wir dann gerne wolten, das jemants in deiner schwachheit und sonsten auch unsere hendel bey der ko.mt. und den beyden cantzern<sup>2)</sup> neben dir mit fur-dern und dir also die burden tragen hulffe, so wehr unser gnediger rath,

begeren es auch mit gnaden, du wollest von unsrerntwegen den hern Terla, Fabian Zemen und Miskoffski anlangen, das sie inen unsre hendel neben dir wollen angelegen und bevolhen sein lassen, in sonderheit in dem punct, do uns die ko.mt. in disen unsren vorstehenden beschwerungen nicht zu verlassen zugesagt, zum fleissigsten bey der ko.mt. und beden cantzlern solicitiren helfen, das wir aus diser beschwer errettet.

Dir ist auch wiſlich, das wir hiebevorn, wie uns teglich in die 2000 f. aufgehn, geschriben. Nun befinden wir dannest, das wir noch lenger aufgezogen. So wir doch algereth 3 monat [f. 322v] den kriegsleuthen schuldig und gleichwol der vertröstung nach mit nichten entsetzt werden, welchs uns warlich zum hochsten beschwerlich und nicht mer auszustehn möglich. Begeren demnach abermals mit gnaden, weil wir vermercken, das die cantzler der ko.mt. auf her Zemens anhalten 30000 f. verehret und 700.000 f. auf interesse darleihen, und aber, wie dein neher schreiben vor disem lautet, wir auf das gelt, so die Loytzen legen sollen, verwisen werden, welchs vileicht nicht sovil sein wirdt, das wir die leuthe zu entrichten, damit wir dan, ob wir es wol auch zu danck annemen und nicht ausschlaen, nurnt in die lenge aufgezogen und nicht wissen konnen, wann es noch gelegt werden wirt, so wollest neben den obbemelten treulich befördern und anhalten, das [f. 323] uns das gelt, so die Dantzker, Thorner und andere preussische stedte aufbracht, zugeordnet und erlegt werden mochte. In dem werden uns die ko.mt. hohen gnedigen willen erzeigen, und wir befinden daran, das unsre underthenige treue dienstbarkeit, die wir nun ein gantzes jar sehen lassen, und damit wir der ko.mt. und gantzen Chron gerne dienen, in acht und aufmercken gehalten, wan uns auch dessen wider geniessen lassen wolle. Solchs wollest deiner bescheidenheit nach fortstellen und, wie vor beschehen, an deinem solicitiren und anhalten nichts erwinden lassen etc.

Wir haben auch den welschen secretari auf sein schreiben deinem gutduncken nach beantworten lassen. Hast ime demnach das schreiben, des wir dir hiemit zuschicken, zu antworten. Solchs wolten wir dir auf dein schreiben in antwort nit pergen, gnedigst begerende, du wollest uns zu jeder zeit, wes furfelt, wie bisher beschehen etc.

A. Montzer

1) 2.VII.1557.

2) *Ioannes Ocieski, R.P. cancellarius, et Ioannes Przerembski, vicecancellarius.*

N. 4550.

*E Regio Monte, 9.VII.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*petit litteras regias ad teloneorum praefectos in Samogitia sibi concedi, quarum vigore trecenti boves, ad sustentandam arcem suam Memelensem necessarii, ex Samogitia ad dictam arcem suam libere pelli possint.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 251.*

N. 4551.

E Regio Monte, 9.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*capitaneo Samogitia [Hieronymo Chodkiewicz]*

*iterum petit, ut tenutario Poiurensi, iurisdictioni eius subiecto, mandare velit,  
"ut suaef praefecturae subditos ab ista licentia supergrediendi antiquos  
limites et terminos arceat, et controversa limitum loca, praesertim ea,  
quaes sub sequestro tenentur, intacta inviolatave relinquat" (cfr. N.  
4521).*

(*Latine*)

*Cfr. El. XL, NN. 1602, 1608.*

*Ostpr. Fol., vol. 55 ff. 249-250.*

N. 4552.

E Regio Monte, 9.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*tenutario Poiurensi*

*hortatur eum, ut districtus sui incolas ab audacia arandi et transgrediendi  
limites, praesertim in locis controversis sub sequestro positis, coercent.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 250-251.*

N. 4553.

S.l., 9.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Fabiano Czema, palatino Pomeraniae,*

*pro litteris, 3.VII. datis, et pro studio in rebus suis apud regem promovendis  
gratias agit.*

(*Germanice*)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 323v-324.*

N. 4554.

S.l., 9.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitoro Ioannis Przerembski,*

*rogat, ut litteras a rege impetrari curet, quarum vigore trecenti boves ex Lithuania  
et Samogitia ad arcem suam Memelensem libere expelli possint (cfr. N.  
4550).*

(*Germanice*)

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 324.*

N. 4555.

E Regio Monte, 10.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Kurtzbach, decano Gnesnensi,  
mortem uxoris defuncti fratris eius, Alexandri, nuntiat et significat se filiam  
eius in gynaeceum suum accepisse ibique eam honesto loco habiturum  
esse..*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1609.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 252-253.

N. 4556.

E Regio Monte, s.d., VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario, et Ioanni Przerembski, vicecancellario,  
Constantinum Silvium (Sylvium) mittit, ut eis negotia quaedam, tam ad regem  
quam ad se spectantia, referat, et rogat, ut eum benigne audiant et plenam  
fidem ei habeant.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 253.

N. 4557.

E Regio Monte, 12.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,  
de subsidio pecuniario ad alendum militem mercenarium sibi a rege promisso  
et hucusque semper dilato et procrastinato; de magnis sumptibus sibi  
faciendis amplius non ferendis.*

Autogr.

HBA, B, K. 1179.

Edler und erendvester, grosgu[n]stiger, gar geliebter freunt und gunstiger her hofmeister.

Wywol ich, weil k.mt. mich zum anzug ervordert, so fyl zu thun, das mihr fyl brif zu schreiben wol verboten, hab ich doch nicht unterlassen wollen, E.H. mit disem freuntlichen briflein zu besuchen. Weil dan k.mt., m.g.her, mich allezeit getrostet nicht zu ferlassen, hab ich bishero stetigs gehoffet und noch, s.k.mt. aber lest mich noch in hofnung hengen, hat mihr geschrieben, hab 20000 gulden dem hern schaczmeister<sup>1)</sup> auferleget zu Mar genpurgk mihr zu schicken. Do ich doch s.mt. fylfetig mein unfermogen, darein s.k. mt. mich auch dis iar über eingeseczet, gelanget,das in meinem vermogen nicht weiter sey, mein leut und geschucz vortzuprengen one

s.mt. hulffe. Nun zeiche ich vort, bin den knechten in dy 3 monet schuldig, mus alle meine landsessen besolden, den monet aufs pferd 12 f. auf 12 pferd, ein wagen 10 f. monentlich ane dy ubersold. Wo pleib ich fur mein eigne person, wo dy artilerey mit aller zugehor? Bitte, wolt doch k.mt. erinden meiner trewe und willigen dinst und das bey s.k.mt. ich alles aussecke, was ich vermag, und bitten, das mich ier mt. ia nicht verlassen wolle.

Hat mihr auch, wy mihr zugeschriven, der pomerischen reuter halben, dy ich das gancz iahr mit swerem wartgelt erhalten, an dy ich auch mein 1000 pferdt uber vortpringen kann, den ich meiner pferdt und landsassen nurnt 600 pringen kan, domit ich mein land nicht entplosse. Fyl weniger haben mich k.mt. bericht, wy ichs mit meinen schiffen halten sol, darauf mihr auch ein mercklichs gehet, und bin also nurnt hart betrubet, das ich von meinem lieben herren so verlassen, da ir doch wisset, umb wes willen ich in diese beswerung kumb.

In suma ich [p.2] hette euch fyl zu schreiben. Habs aber Bohibeln zu thun befolen. Und weil ich benotiget ynen neben meiner secretarien einem zu k.mt. ins lager zu reisen und mihr zu dinen, bitte ich euch zum hogsten, ir wolt mihrs und yme zu gut halten und nicht verargen, den ich wil euch widerumb dinen, domit ich solle und vermaje, abermols bittendt, ir wolts ewerem diner nicht entgelten lassen. Und weil ich wol abnemen kan, das mein gnediste fraw nicht wenig betrubt wurt sein, das mein gnedister her auszogen, hab yrer k.mt. ich ein kleins trostbriflein geschriben. Bitte freuntlich, wolts ier mt. uberantworten, mein gnediger freund sein und bleiben. Das verdin und beschulde ich widerumb euch, dy ich Gottes gnedigem schucz und schirm trewlichen thu befelen. Sehr eilich geschriben Kunigs-purgk amb abent Margete 1557.

Der elter etc.

*In dorso alia manu:* Dem edlen und ernvesten unserm besondern lieben Gabrieln Terla, ko.mt. zu Polan hoffmeister, castellan zu Radom und heuptman uff Chelm etc.

- 1) *Ioannes Kostka, thesaurarius terrarum Prusiae et Marienburgensis.*

*N. 4558.*

*E Regio Monte, 16.VII.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Malecki, parocho et typographo Licensi [in Elk]  
severe ei mandat, "sub capitibus etiam poena", ne librum quendam a Petro  
Gonesio contra divinitatem Christi scriptum, quem iam sub prelo habet,  
edat, sed quam primum ad se perferendum curet.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 254-255.*

*Ioanni Maletio, parrocho Licensi, XVI Iulii.*

*Interdicit ei, ne quid alienum ab orthodoxa doctrina excudat.*

*Venerande, Fidelis nobis dilecte.*

*Precibus tuis humillimis adducti prelum typographicum tibi concessimus, ea tamen conditione adiecta, ut ne quid contra orthodoxam Christi et*

ecclesiarum nostrarum doctrinam in lucem ederes. Nunc cum expositum nobis sit habere te sub quodam prelo tuo librum quendam, contra divinitatem Domini Nostri Iesu Christi a quodam Lithuano Petro Gomundino seu Goneto<sup>1)</sup> scriptum, mandamus tibi severe, et sub capitibus etiam poena, ut si ita est, quemadmodum edocti sumus, eum ne librum edas, sed quam primum ad nos perferendum cures. Deinde quoniam suspicamur te fortassis eo quoque spiritu duci, quo liber iste conscriptus est, si quidem prelo illum tuo dignaris, mandamus tibi, ut nobis sententiam quoque tuam de eodem libro, cum illum ad nos mittes, exponas. Ceterum neque videndi, neque legendi eius libri antea, quam nostra de eo tibi voluntas constiterit, cuiquam copiam facies. Ad haec hisce literis tanquam generali edicto tibi inhibemus, ut nihil prorsus typis posthac excudas, nihil divulgas, nisi prius vel a nobis [f. 255] vel iis, quibus id demandavimus, lectum approbatumque fuerit. Haec nostra est voluntas, cui te obtemperare omnino volumus. Facturus pro gratia nostra et officio tuo. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

1) *Petrus a Goniądz (Gonesius).*

N. 4559.

S.l., 22.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia  
Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,  
pro litteris gratias agit; rogat, ut apud regem sollicitet, quo promissam sibi  
pecuniam, impensarum in bello Livonico factarum compensationem, tan-  
dem obtinere possit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 326-326v.

N. 4560.

E Regio Monte, 24.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia  
R.P. cancellario [Ioanni Ocieski]  
pro Fabiano Moller, cive Elbingensi, causam habente cum quodam Dirico  
Grumweg, "ex stipulata emptione frumentaria ortam", nunc a iudicio  
Elbingensi per appellationem ad regem devolutam, intercedit et rogat, ut  
eiusdem causae remissionem ad consiliarios regios terrarum Prussiae a  
rege impetrat.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1611.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 255.

N. 4561.

S.l., 30.VII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,  
de causa comitis ab Oldenburg melius edoceri cupit; negotium de subsidio  
pecuniariorum per Achatium Czema et utrumque cancellarium apud regem  
promoveri petit; rogat, ut de legatorum Livoniensium adventu et rerum  
omnium progressu se certiore reddat; de reginae et reginularum bona  
valetudine gaudet.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 326v-327.*

An Erhart von Kunheim, den 30 Julii 57.

Wir haben dein schreiben, des datum stehet [f. 327] montag nach Jacob<sup>11)</sup>, sampt dem zugeschickten koniglichen schreiben empfangen und beyder inhalt verlesen. Sovil den graven von Oldenburg<sup>2)</sup> anlanget, wolten wir gerne, uns darnach zu richten, einen furderlichen bescheidt wissen. Hast demnach mit fleiss, wo du personlich durch ehaft an ko.mt. nit kommen kanst, durch dein schreiben bey hern Zemen<sup>3)</sup> und beden cantzlern<sup>4)</sup> des selben puncts halben, auch sonstens uf unser vilfältiges schreiben das gelt belangende, zu solicitiren.

Wan die bothen aus Eyfflandt<sup>5)</sup> ankhomen, des wollest uns, wess sie bringen und wie alle hendel alda gestalt furderlich wissen lassen.

Wir haben auch gern gehört unserer gnedigen konigin<sup>6)</sup> sampt der freulein<sup>7)</sup> guten zustandt. Der liebe Gott verleihe weiter seine gnade.

Deine vorige an uns gethane schreiben, davon du meldest, haben wir alle empfangen. Des wir dir in eyl in antwort etc.

A. Moncer

1) 26.VII.1557.

2) Antonius comes in Oldenburg.

3) Achatius Czema, palatinus Marienburgensis.

4) Ioannes Ocieski, R.P. cancellarius, et Ioannes Przerembski, vicecancellarius.

5) legati Livonienses: Philippus Schall de Bell, Henricus Plater, Michael Brunnow et alii.

6) Catharina.

7) Anna et Catharina.

N. 4562.

S.l., 4.VIII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Antonio Widen, pictori,  
depictas imagines ambarum reginularum Poloniae pro pecunia sibi mitti petit.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 327v.*

An Anthonium Widen, malern etc., den 4 Augusti 57.

Wir wollen euch in gnaden nit pergen, das wir grosse begirde und lust haben, mancherley contrafectung, sonderlich koniglicher und furtstlicher personen, zu haben. Weil wir dann uns versehen, dessen auch bericht wer-

den, das ir die contrafектung der beden koniglichen polnischen freulein<sup>1)</sup>, habet, und wir dieselben vor allen andern gerne haben wolten, als begeren wir gantz gnedigen, ir wollet uns zu besonderm gefallen die contrafектung der beyden koniglichen freulein umb geburende vergleichung zukomen lassen und bey gegenwertigem uns zuschicken. Das wollen wir neben gebuender etc.

H. Sten[drich]

1) *Anna et Catharina, sorores regis Poloniae.*

N. 4563.

E Regio Monte, 7.VIII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Dionysium Natzmer, Barnimi Pomeraniae ducis secretarium, in quibusdam  
negotiis ad regem pertinentibus missum, commendat et rogit, ut eum  
quam citissime audire velit.*

*Ostpr. Fol., vol. 55. f. 258.*

Regi Poloniae, VII Augusti.

Petit, ut secretarium Pomeranicum, quoad fieri potest, cito audiat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Illustris Domini Barnimi Pomeraniae Ducis etc. secretarius, Dionisius Naczmerus, hac ad S. Regiam Vestram Maiestatem iter faciens, me accessit reddiditque mihi literas, ab eodem Duce ad me scriptas. Quibus Illustritas Sua mihi significat se suum hunc secretarium citis itineribus ad S. Regiam Vestram Maiestatem ablegasse in negotiis quibusdam ad Vestram Maiestatem pertinentibus. Petitque iuvari ipsum, ut eo citius tutiusque ad S. Regiam Vestram Maiestatem pertingat. Etsi autem pro ratione praesentis negotii hominibus ignotis per Ducatum meum accessus ad castra S. Regiae Vestrae Maiestatis non dandus videtur, tamen cum ex literis dicti Domini Pomeraniae Ducis intelligerem S. Regiae Vestrae Maiestatis interesse, ut is nuntius quam primum legatione apud illam sua perfungeretur, postulationi Illustritatis Suae non abnuendum esse putavi. Dignabitur itaque S. Regia Vestra Maiestas clementer curare, ut is internuntius liberam habeat facultatem accedendi S. Regiam Vestram Maiestatem. In eo factura est Illustri Domino Pomeraniae Duci etc.. rem gratam. Quod reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

N. 4564.

S.l., 8.VIII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*

*pro Reinholdo Crocau, ut immunitates a teloneis in Magno Ducatu Lithua-*

*niae et alia privilegia, a rege iam obtenta, sed fraude et dolo cuiusdam Alberti [Raczkowski], aurifabri Cracoviensis, amissa, denuo ei a rege impetrare velit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 259-261.*

N. 4565.

*E Regio Monte, 8.VIII.1557.*

*Albertus dux in Prussia  
capitaneo et senatui Lomzensi  
pro Hieronymo Ehwaldt, querelam contra praefecturae Lomzensis subditum  
habente, intercedit et rogat, ut ei iustitiam administrari tubeant.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 261-262.*

N. 4566.

*E Regio Monte, 14.VIII.1557.*

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
Assuerum Brandt, capitaneum Tapiensem, et Christophorum Jonam, iuris  
utriusque doctorem, consiliarios suos, regi quaedam relatuos mittit et  
rogat, ut plenam eis fidem adhibeant.  
(Sub textu: In simili forma mutatis mutandis Duci in Olika [Nicolao Radziwill] et Supremo Cancellario [Ioanni Ocieski]).*

(Latine)

*Cfr. El. XXXI, N. 710.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 264-265.*

N. 4567.

*E Regio Monte, 15.VIII.1557.*

*Albertus dux in Prussia  
R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]  
rogat, ut responsum ad binas litteras suas de militum stipendiis et navibus  
scriptas a rege impetrare studeat; ad tractatus pacis cum Livonibus se  
Assuerum Brandt et Christophorum Jonam mittere nuntiat.*

*Cfr. El. XXXI, N. 703; XL, N. 1606.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 262-263.*

Vicecancellario, XV Augusti.

Petit maturari responsum regium de stipendiis militum. Item de navibus. Item scribit se ad tractatus Livonicos mittere suos consiliarios.

Reverende ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Etsi magno cum desiderio singulis fere momentis literas S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, per aliquot dies expectavimus, tamen quod serius eas acceperimus, acquiescendum est nobis legitimae S. Regiae Maiestatis et Reverendae quoque Generositatis Vestrae excusationi. Quia vero ad binas priores nostras literas, in quibus de militum stipendiis et navibus scripsimus, nihil nobis adhuc responsum est, peramice petimus, ut Reverenda Generositas Vestra non gravetur S. Regiam Maiestatem eius rei submonere, ut quid sperandum quidve faciendum nobis sit, quam primum sciamus.

Pacis, de quibus Reverenda Generositas Vestra sribit, [f. 263] tractatus ut feliciter succedant, sintque ex dignitate S. Regiae Maiestatis, maiorem in modum a Domino Deo exoptamus. Ceterum quoniam S. Regia Maiestas ed eos ipsos tractatus consiliarios quoque nostros mitti postulat, nos, uti in omnibus, ita et imperatis hisce S. Regiae Maiestatis officiosis obtemperantes, mittimus Generosum, Eximum et Praeclarum Assuerum Brandt, Capitaneum in Tapiaw, et Christophorum Jonam, Iuris Utriusque Doctorem, illis mandavimus, ut salutata S. Regia Maiestate Reverendam quoque Generositatem Vestram accedant, nostram ei salutem dicant ac praeterea quaedam verbis nostris referant. Illis ut Reverenda Generositas Vestra quam nobis praesentibus habitura esset, fidem habeat, amice petimus. Factura nobis rem gratissimam ac amicis studiis nostris compensandam. Cupimus tandem Reverendam Generositatem Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

N. 4568.

E Regno Monte, 22.VIII. 1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
significat se nuntiis suis ad regem missis iniunxisse, ut nomine suo regem  
edocerent, quid legati civitatis Elbingensis a se contenderint, et causam  
ipsorum, de novis quibusdam gravaminibus conquerentium, commendat.  
(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f.. 265-266.*

N. 4569.

E Regio Monte, 22.VIII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
nuntiat se legatis suis ad regem missis in mandatis dedisse, ut ei quoque in  
negotio Elbingensium quaedam referrent, et rogat, ut se in hac causa  
favorabilem praebeat.  
(Sub textu: Mutatis mutandis ad Supremum Cancellarium [Ioannem  
Ocieski] et Vicecancellarium [Ioannem Przerembski]).  
(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 267-268.*

E Regio Monte, 22.VIII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Tarlo, signifero Premisiensi,*

*pro litteris et novis sibi communicatis gratias agit; de actu iudicali propter  
raptam Elisabeth, ducis Eliae Constantinidis Ostrogski filiam, a Bernardo  
Botner nihil sibi significatum esse nuntiat; de numero et armis exercitus  
regii accuratius edoceri cupit.*

*Cfr. El. XL, N. 1613.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 266-267.*

Nicolao Terla, 22 Augusti.

Gratias agit de novis communicatis, petitque numerum et statum  
totius exercitus regii describi.

Generose, sincere nobis dilekte.

Iucundissimae nobis fuerunt Generositatis Vestrae literae, cum quod  
studii in nos sui locupletissima significatione abundabant, tum quod ple-  
raque nobis antea non cognita inde perspeximus. Pro quibus omnibus cle-  
mentes Generositati Vestrae gratias agimus, benevolentia id ipsum nostra  
per omnem occasionem compensatur. De solemni actu iudicali propter  
raptam et vitiatam Ducis Heliae filiam<sup>1)</sup> nihil nobis a Bernardo Botner  
missum est. Gratum autem nobis fuit cognitu eum ipsum actum cum tanta  
S. Regiae Maiestatis dignitate celebratum esse, tametsi utriusque partis  
vicem dolendam censeamus.

Quae Generositas Vestra de adventu copiarum nostrarum, quodque ex  
se lectissimo [f. 267] milite constare dicantur, plerosque cum Generositate  
Vestra gratulari scribit, in eo etsi hanc Generositatis Vestrae aliorumque  
depraedationem nobis non arroganter sumimus, fore tamen speramus,  
ubi eadem copiae nostrae sub conspectum Generositatis Vestrae venerint,  
iudicium illius non usque adeo falsuras esse. Nos sane ad praestandum S.  
Regiae Maiestati obsequium in expeditionem singulis momentis parati  
sumus, nihil ut restet, nisi ut S. Regia Maiestas quid facere nos velit signi-  
ficet. Quod si S. Regia Maiestas nos ad se vocaverit, erit tum commodior  
etiam nobis cum Generositate Vestra et conversatio et contestandae bene-  
volentiae in illam nostrae occasio.

Da exercitu regio, qui et numero et armis insignis esse fertur, per  
Generositatem Vestram describi nobis pleraque cuperemus, praecipue quot  
equitum peditumque is constet millibus, quos singulae legiones et cohortes  
praefectos seu tribunos habeant, in quot agmina divisus sit totus exercitus,  
cuius gentis populi et quibus singulae gentes armis utantur. Et si quid  
praeterea est, quod nobis scire, Generositi etiam Vestrae ad nos perscri-  
bere licebit, illud subinde nobis ab illa communicari gratiose petimus. Fac-  
tura Generositas Vestra rem nobis gratissimam ac benevolentia aliquando  
nostra compensandam. Quod superest etc. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

1) *Elisabeth (Halszka), filia Eliae Constantini-  
dis Ostrogski, capitanei Bracławiensis et Win-  
nicensis, uxor Lucae a Górką.*

N. 4571.

E Regno Monte, 22.VIII. 1557.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Masoviae [Stanislawo Ławski]*

*pro subditis suis conquerentibus nihil sibi commeatus et annonae ex Ducatu  
Masoviae coemere licere intercedit et rogat, ut, siquidem eiusmodi com-  
merciorum interdictio pactis et conventis mutuis adversatur, subditis  
suis, annonae caritate et inopia oppressis, pro iusto et aequo pretio fru-  
menta in Masovia emere permittat. ("ne nobis alio tempore fortassis  
idem faciendum eademque mensura illis [Masovitis] remetiendum  
veniat").*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1615.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 268-269.

N. 4572.

E Regio Monte, 26.VIII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*Stanislaum Vogt (Voyt), fratri sui Gulielmi, archiepiscopi Rigensis, praefec-  
tum, "terrae Livoniensis scientissimum", ad regis castra proficiscentem,  
commendat, "ut si res ad tractatus devenerit, illius quoque ratio habe-  
retur".*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 269-270.

N. 4573.

S.l., 4.IX.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,*

*pro Antonio Bogner, cive Veteris Civitatis Regiomontanae ("Altenstadt Konigs-  
pergk"), negotium cum Ioanne a Pelcken, cive Gedanensi, habente, iterum  
intercedit et rogat, ut mandatum regium ad senatum Gedanensem impe-  
tret, quo subdito suo iustitia tandem administretur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 329-329v.

N. 4574.

E Regio Monte, 16.IX.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*teloneario Posnaniensi*

*nuntiat se ex servitore suo Ioanne Schmurlem, his diebus ex Germania rever-  
so, cognovisse "sibi istic Posnaniae pannum et parchum omnem, quem*

pro aulae nostrae necessitate ad vestiendos servitores nostros in Germania iussu nostro... comparavit, detentum esse"; *quae res cum praeter morem et consuetudinem usitatam acciderit, postulat, ut pannum illum et quidquid aliud servitori suo in teloneo istic arrestatum sit, sine mora extradi faciat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 271-272.

N. 4575.

E Regio Monte, 20.IX.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de pace cum magistro et statibus Livoniae in negotio archiepiscopi Rigensis constituta gaudet et gratulatur; rogat, ut rex ita prospicere velit, ne milites, pace iam constituta domum redeuntes, subditis suis nova damna et detrimenta in transitu inferant; confirmationem transactionis pacis a rege postulatam intra paucos dies mittere pollicetur.*

Cfr.. Dl. XXXI, NN. 708, 711.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 273-274.

Regi Poloniae, XX Septembbris.

Gratulatur de pace inter Maiestatem Suam et Livonienses constituta,<sup>1)</sup> petitque mandari militibus Maiestatis Suae, ut ne quid damni in transitu referant. Item promittit se intra paucos dies confirmationem transactionis regiae missurum esse.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quibus conditionibus S. Regia Maiestas Vestra cum Magistro<sup>2)</sup> et statibus Livoniae de Illustrissimi et Reverendissimi Domini Archiepiscopi Rigensis<sup>3)</sup> restitutione convenerit, id ex earum conditionum exemplo, a S. Regia Maiestate Vestra misso, cognovi. Ac primum Deo Optimo Maximo magnas ago gratias, qui motus istos bellicos clementer sedare et pacem atque concordiam constituere dignatus est. Idem faxit, ut haec pax ad gloriam divini nominis sui illustrandam et amplificandam ac pro honore et emolumento S. Regiae Maiestatis Vestrae omniumque subditorum eius perpetuo constare possit. Cui quidem S. Regiae Maiestati Vestrae nunquam dignas gratias agere, ne dicam referre, possum, quod nullis parcens sumptibus, curis, laboribus Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Archiepiscopum, fratrem meum charissimum, in libertatem asserere et in pristinum dignitatis sua statum restituere conata est, id quod tandem, divino aspirante auxilio, ex voto et sententia honestissime laudatissimeque perfecit.

Et quoniam pace nunc confirmata exercitus S. Regiae Maiestatis Vestrae dilabetur et ad locum quisque suum domum redditurus contendet, non dubito, quin S. Regia Maiestas Vestra ita cautura atque prospectura sit, ne mihi meisve subditis, plus satis antea gravatis, aliquid damni detrimetive in transitu inferatur. Satis enim scio, quam insolenter milites a signis dimissi [f. 274] soleant agere, praedando, rapiendo et depopulando quaecumque obvia. Itaque S. Regiam Maiestatem Vestram obnixe vehe-menterque oro et obsecro, ut ita in medium consulat easque rationes expedit, quibus subditi S. Regiae Maiestatis Vestrae in redditu suo aut prorsus

ab hoc meo Ducatu declinent aut, si qui omnino transeundum hac sibi putaverint, ita se gerant, quo miseri subditi mei ab iniuriis et rapinis eorum tuti praestentur, ne si non fiat, ipsos legitime defendere contraque vim tueri necesse habeam. Et quia hoc ipsum celeriter S. Regiae Maiestati Vestrae significantum duxi, non potui nunc confirmationem meam super tractatione cum Livonibus facta iuxta postulationem S. Regiae Maiestatis Vestrae una mittere. Mittam tamen intra paucos dies quam potero festinanter, vehementer obnixeque petens, ut S. Regia Maiestas Vestra exiguam hanc moram patienter ferre velit. Hoc erga eandem quibus possum officiorum generibus subdite promerer studebo. Commando S. Regiam Maiestatem Vestram Deo omnipotenti longis temporibus conservandam. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

- 1) *14.IX. in Pozwol.*
- 2) *Gulielmus a Fürstenberg.*
- 3) *Gulielmus marchio Brandenburgensis, frater  
ducis Alberti.*

N. 4576.

*E Regio Monte, 22.IX.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
rogat, ut litteras ad telonei praefectos in Lithuania et Samogitia a rege impe-  
tret, quarum adiumento trecentos boves ad sustentandam arcem suam  
Memelensem libere et citra telonei solutionem sibi ex Magno Ducatu  
exportare liceat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 275.*

N. 4577.

*S.l., 22.IX.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitoru Ioannis Przerembski,  
pace cum Livonibus constituta sperat fore, ut rex aliquem ex suis ad fratrem  
suum, archiepiscopum Rigensem, mittat, ut ei in negotio restitutionis  
adsit, et rogar, ut Kunheim eidem consiliario regio in Livoniam profici-  
scenti se adiungat, qua de re etiam ad vicecancellarium se scribere nuntiat  
(cfr. N. 4580).*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 330-331.*

An Kunheim, den 22 Septembbris 57.

Nachdem nuhmer die hendel, Got lob, dahin geschlagen, das nach behandeltem friden<sup>1)</sup> die restitution unsers geliebten brudern<sup>2)</sup> villeicht in kurtzen geschehen, darzu dan unsers hoffens, wie wir auch darumb bitten, die ko.mt. zu Polan etc. als der gnedige herr, der bisher das beste bey unserm brudern gethan und noch hinfuro thun wirt, jemands verordnen und in Eyfflandt schicken wirt, der bey der restitution und s.l., weil sie nie-

mands bey sich haben, in allem inretig und beistendig sein möge. Und wir in gleichnuss uns schuldig erkennen, unserm brudern auch von unsrerntwegen jemandtsen zuzuordnen, itzo aber niemandtsen, den wir bequemlich entrathen konten, haben, noch eile halben, weil wir kein gleidt aus Eyfflandt darauf haben, oder so eilends fördern konnen, imands verordnen mögen, du aber [f. 330v] alda mit koniglichen gesanthen vhelich und sicher wol hinein kommen kanst, als haben wir uff deine person gedacht, dich von unsrerntwegen darzu zu gebrauchen. Wie wir dann hiebey an den hern untercantzler<sup>3)</sup> schreiben und bitten, dir so lang zu erleuben, das du neben den koniglichen geschickten in Eyfflandt ziehen und von unsrerntwegen unserm geliebten brudern in der restitution inretig und beystendig sein möchtest. Begeren derwegen gantz gnedigen, du wollest uns ein solchs unserm brudern zum besten nicht abschlagen, sonder dich darzu gebrauchen lassen und von unsrerntwegen der muhe übernemen, auch dahin unserm brudern inretig sein und acht darauf haben, das vermöge und inhalt des behandelten vertrags [f. 331] die restitution geschehen möge. Wo dann gleich du ohne das von ko.mt. hinein zu ziehen verordenet wurdest, zweifeln wir doch nicht, du gleichwol dabeneben von unsrerntwegen (weil es wol sein kan und eine muhe ist) zugleich, neben dem koniglichen bevelich, unserm brudern beistendig sein wirst, dess schicken wir hiemit ko.mt. unsere ratification über den restitutionvertrag, dir auch zerung etc. und begeren gnedigst, du wollest gleichwol uff alle ding in Eyfflandt gute acht und aufmercken legen, wie sich alle hendel anlassen und man sich allenthalben verhalten und erzeigen wirt. Beiliegende briefe wollest auch unserm brudern zu eigen handen zustellen. Das seint wir etc.

H. Sten[drich]

1) *pax 14.IX.1557 a. in Pozwol inita.*

2) *Gulielmus, archiepiscopus Rigensis.*

3) *Ioannes Przerembski.*

N. 4578.

E Regio Monte, 23.IX.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Ioannem Plemięcki, legatum regis, se libenter et avide audivisse nuntiat et scribit, quomodo milites dimittere intendat, ne in transitu damna incolis inferant; confirmationem transactionis pacis mittit; petit, ut rex aliquem ex "suis aulicis senatoribus" ad archiepiscopum Rigensem, consiliarii destitutum, mittat, qui ei in tractatibus consilio adsit.*

*Cfr. EL. XXXI, NN. 709, 711.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 276-278.*

Regi Poloniae, XXIII Septembris.

Scribit ita se dimissurum esse copias suas, ut ne quid damni subditis detur. Item petit Reverendissimo Domino Archiepiscopo<sup>1)</sup> aliquem ex regiis consiliariis mitti, qui ei adsit in tractatibus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

S. Regiae Vestrae Maiestatis legatum, Nobilem ac Generosum Ioannem Plumentzki<sup>2)</sup>, et vidi libenter et audivi cupidissime eaque omnia,

quae S. Regiae Maiestatis Vestrae nomine et verbis de exercitu meo dimitendo oratione accurata explicavit, probe intellexi. Ac nolo S. Regiam Vestram Maiestatem subdite celare me iam in ipso opere esse ac consultare indies, quo pacto milites sine gravi incommodo ac detimento tam S. Regiae Maiestatis Vestrae subditorum, quam etiam meorum, ex hac provincia abduci et transportari queant. Qua quidem in deliberatione etsi mihi maxime consultum videbatur totum exercitum erectis signis perditiones S. Regiae Maiestatis Vestrae quam compendiosissime ad Germaniam deduci, ita enim rapinis et iniuriis faciendis, dum sub imperio tenebrentur et a ductoribus cohiberentur, minus facultatis haberent, nullo tamen modo obtineri hoc potuit. Tum etiam navi qui discedere vellent, pauci admodum erant. Alia itaque ratio ineunda fuit, sic scilicet, ut a signis dimissi, vel singuli vel per cohortes et agminatim, quemadmodum cuivis videretur, discederent. Iniunxi autem illis serio [f. 277] (etsi maxima pars, facta missione, imperium detrectare solet), ne cui in transitu damnum inferant, sed ut commeatum aliaque necessaria iusto pretio persolvant, cum ipsis plena et integra stipendia persolverim, sic plane ut sperem ipsos aliquo modo officium facturos, nec subditos tam S. Regiae Maiestatis Vestrae, quam meos, gravius afflicturos. Cuius etiam rei praefectos et officiales S. Regiae Maiestatis Vestrae iis locis, quibus milites maxima parte transibunt, praemonui, utque subditos commonefacerent, diligenter hortatus sum, nihil dubitans S. Regiam Maiestatem Vestram, pace nunc constituta, mei mearumque rerum rationem clementer habituram. Quod ipsum ut faciat, maiores in modum subiectissime oro.

Mitto quoque S. Regiae Maiestati Vestrae confirmationis meae diploma super transactione Reverendissimi Domini Archiepiscopi cum Livonibus facta, quod S. Regia Maiestas Vestra superioribus literis a me expetivit. Ac quoniam Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Rigensis nunc, dum restitutio ipso facto praestanda est, nullum penes se consiliarium prudentia aliqua praeditum habet, itaque vehementer et summisse peto, S. Regia Maiestas Vestra dignetur illi aliquem ex suis aulicis senatoribus adiungere, cuius auctoritate et consilio in isto negotio, quod sane difficultatis non parum habebit, uti possit. Digneturque S. Regia Maiestas Vestra se porro etiam erga Illustrissimam Suam Celsitudinem ita exhibere, uti hactenus pro summa clementia et arctissima necessitudine factum. Hoc erga S. Regiam Maiestatem Vestram [f. 278] omnibus meis studiis et servitiis, utcumque a me recte exigi possunt, quovis tempore subdite promererri conabor. Quam Christo Optimo Maximo diutissime salvam, incolumem, florentem conservandam committo. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

- 1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis,  
archiep. Rigenis.*
- 2) *Ioannes Plemiecki, capitaneus in Kowalewo,  
gener Achatii Czema.*

N. 4579.

E Regio Monte, 23.IX.1557.

*Albertus dux in Prussia  
Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,  
rogat, ut negotium de belli sumptibus sibi reponendis apud regem promoveat*

*et ab eo impetrat, ut "aliquem ex aulicis suis senatoribus" ad archiepiscopum Rigensem destinare velit.*

*Cfr. El. XL, N. 1616.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 279-280.*

Ioanni Ociesski, Regni Poloniae Supremo Cancellario, XXIII Septembris.

Petit, ut instet apud Regem de promissis belli sumptibus reponendis.

Item aliquem ex senatoribus Reverendissimo Archiepiscopo<sup>1)</sup> addi.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilekte.

Ex literis Magnificentiae Vestrae studiosissimam erga nos eiusdem voluntatem animumque amoris et benevolentiae plenum liquido perspeximus, ac quanto studio et diligentia in rebus negotiisque [f. 280] nostris promovendis usa sit porroque utatur, plane cognovimus. Qua de re Magnificentiae Vestrae magnas habemus gratias, ac si quid vicissim amantissimae voluntatis ac propensissimi studii in ornanda Magnificentiae Vestrae dignitate et amplificandis honoribus conferre atque praestare possumus, in eo gratitudinem nostram re ipsa, Deo volente, cognoscet atque experietur.

Porro autem Magnificentiam Vestram vehementer et amanter petimus, ut negotium hoc nostrum de sumptibus belli reponendis et dissolvendis apud S. Regiam Maiestatem Poloniae etc., Dominum nostrum clementissimum, accurate, uti hactenus Magnificentia Vestra et sua quidem sponte fecit, promovere sua auctoritate velit, quo tandem voti nostri compotes reddamur. Hoc nobis Magnificentia Vestra rem gratissimam et perpetua benevolentia ac gratitudine compensandam praestiterit.

Ceterum rogavimus S. Regiam Maiestatem Suam per literas obnixe, ut Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi (cum is neminem penes se prudentia aliqua praeditum habeat, cuius consilio in restitutionis negotio utatur) aliquem ex aulicis suis senatoribus adiungat. Quam rem ut Magnificentia Vestra sua quoque auctoritate et studio adiuvet, amanter petimus. Sumus id amicis officiis ubivis compensaturi. Cupimus Magnificentiam Vestram bene feliciterque valere. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

1) *Guilielmus marchio Brandenburgensis,  
archiep. Rigensis.*

N. 4580.

*E Regio Monte, 23.IX.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*pro opera et studio in componendo negotio Livonico et pace constituenda  
adhibito gratias agit; rogat, ut Erhardo a Kunheim potestatem concedat  
cum eo profiscendi, qui ad archiepiscopum Rigensem a rege mittetur;  
petit, ut apud regem instet, quo sumptus in bello Livonico facti sibi tandem reponantur.*

*Cfr. El. XL, N. 1619.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 278-279.*

Vicecancellario, XXIII Septembbris.

Gratias agit, quod paci constituendae inter Livonienses operam suam commodarit. Item petit, ut Erhardo a Kunheim facultatem faciat profiscendi cum eo, qui ad Reverendissimum Dominum Archiepiscopum<sup>1)</sup> a S. Regia Maiestate mittetur. Item petit iuvari, ut sumptus belli a S. Regia Maiestate reponantur.

Officia nostra amica et quicquid grati praestare possumus.

Reverende in Christo Pater, Amice singulariter nobis dilecente.

Quod bellici isti motus cum Livoniensibus tandem compositi sunt certaque pax constituta<sup>2)</sup>, est quod Deo Optimo Maximo agamus gratias, qui sua clementissima voluntate haec omnia benigne sic fieri voluit. Deinde etiam Reverendae Paternitati Vestrae, quae in isto negotio componendo omnem curam atque diligentiam adhibuit, magna a nobis habetur gratia. Daturi sumus operam, ut quibus possumus studiis, quacumque occasione data, amice demereret queamus.

Et quoniam Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Rigenensis neminem penes se prudentia aliqua praeditum habet, qui Suae Celsitudini in negotio restitutionis ipso facto nunc praestandae consilio adesse possit, itaque S. Regiam Maiestatem Poloniae etc., Dominum nostrum clementissimum, per literas obnixe rogavimus, ut Suae Celsitudini aliquem hinc mittere tum propter magnam loci distantiam, tum etiam quod nondum tuta sit hinc in Livoniam profectio, haud [f. 279] facile possumus, duximus Generosum Erhardum a Kunheim Reverendissimae Suae Celsitudini adiungendum. Quare ut Reverenda Paternitas Vestra illi potestatem faciat cum eo, quem S. Regia Maiestas ad id muneric destinaverit, profiscendi, vehementer etiam atque etiam petimus.

Ceterum cum de sententia S. Regiae Maiestatis Poloniae etc., Domini nostri clementissimi, exercitum nostrum brevi dimissuri simus, ubi ad disolvenda stipendia militum grande aes alienum conflare et erogare cogimur, rogatam Reverendam Paternitatem Vestram facimus, ut pro summa sua erga nos benevolentia hoc negotium nostrum de sumptibus belli rependonidis apud S. Regiam Maiestatem Suam accurate promovere velit, quo Sua Maiestas nostri rationem habere et sua pollicitationis clementer meminisse dignetur. Dabimus operam, ut vicissim hoc benevolentiae amicis studiis nostris ubivis compensemus. Cupimus Reverendam Paternitatem Vestram bene feliciterque valere. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis,  
archiep. Rigenensis.*

2) *14.IX. in Pozwol.*

N. 4581.

*E Regio Monte, 26.IX.1557.*

*Albertus dux in Prussia  
castellano Troensi et Samogitia capitaneo [Hieronymo Chodkiewicz]  
rogat, ut consiliariis suis Christophoro Jonae et Francisco Thege, ad archiepi-  
scopum Rigensem in Livoniam missis, iter compendiosum per Samogi-*

*tiam indicare velit et subditis suis iniungere, quo eis omnia victui et pabulo necessaria iusto pretio et pecunia vendant.*

*Cfr. El. XL, N. 1622.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 281.*

**Capitaneo Samogithiae et Crasensi<sup>1)</sup> mutatis mutandis, Castellano Trocensis<sup>2)</sup>, XXVI Septembris.**

**Petit consiliariis suis iter compendiosum in Livoniam monstrari.**

Nolumus Magnificentiam Vestram clementer celare nos consiliarios nostros et fideles dilectos Christophorum Jonam et Franciscum Thege, Iuris Utriusque Doctores, qui Illustrissimo et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi<sup>2)</sup>, fratri nostro charissimo, in restitutionis negotio praesto sint, aliaque necessaria nostro nomine expediant, in Livoniam alegare. Cum autem celerrimo itinere per Samogithiam perque districtus et iurisdictiones Magnificentiae Vestrae recta et qua possunt compendiosiore via profecturi sint, itaque Magnificentiam Vestram amanter rogamus, dignetur suis hominibus, qui id loci, qua districtum Crasensem versus iter est, habitant, iniungere, ut dictis nostris consiliariis non modo ea, quae victui pabuloque necessaria sunt, iusto pretio pecuniaque divendant, sed etiam tutum et securum illis iter, adjunctis, ubi opus fuerit, deductoribus, praestent nostroque nomine benevolentiam, quam mutua vicinitas postulat, illis exhibeant. Hoc nobis Magnificentia Vestra gratissimum fecerit, quod clementia nostra ubivis compensare conabimur. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

1) Stanislaus Skaszewski, capitaneus in Kroze.

2) Gulielmus marchio Brandenburgensis.

N. 4582.

E Regio Monte, 27.IX.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Tarto, signifero Premisliensi,*

*gratias agit pro rebus novis sibi communicatis; de damnis miseris colonis per belli tempus illatis dolet; asserit pacem cum Livonibus honestis condicionibus ienundam esse; se ad expeditionem iam pridem paratum fuisse nuntiat, si a rege vocatus esset.*

*Cfr. El. XL, N. 1614.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 270-271.*

**Nicolao Terla, XXVII Augusti.**

**Gratias agit pro iis, quae communicavit.**

**Generose, sincere nobis dilecte.**

**Redditæ nobis sunt literæ Generositatis Vestrae, quae nobis fuerunt iucundissimæ. Namque inde Generositatis in nos Vestrae studium singulare, quod in communicando rerum novarum et praesentis negotii statu abunde testatur, perspeximus. Quae omnia ita de Generositate Vestra**

nobis grata accidere, ut benevolentiam ei vicissim nostram contestari immemores futuri non simus.

Agros miserosque colonos depopulationibus vastari atque frustra tempus teri dolendum est. Peroptandum sane esset, si Livones ad honestas et et cum S. Regiae Maiestatis inclytique Poloniae Regni terrarumque ei incorporatarum dignitate et commodo coniunctas pacis conditiones descenderent, pacis siquidem utilitates quantae sint, nemo est qui ignoret<sup>1)</sup>.

Quae Generositas Vestra de Turcarum exercitu et exusta munitione scribit, ea nobis cognitu [f. 271] fuerunt iniucunda. Utinam inter christianos perpetua tandem pace constituta eum in hostem arma moveantur. Quod multi gestiunt nostras copias videre, in eo iam pridem desiderio illorum satisfactum esset, si nos S. Regia Maiestas ad expeditionem singulis momentis paratos ad se vocasset. Cuius iusta, quid nobis cum milite nostro faciundum sit, adhuc expectamus. Quod Generositas Vestra pollicetur se nobis singula perscripturam esse, quae proximis ab illa literis petivimus, rem nobis gratissimam factura est. Daturi operam, ut per omnem occasionem id ipsum demereamur. Atque haec Generositati Vestrae rescribenda esse duximus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Revera pax cum Livonibus iam 14.IX. in Pozwol inita erat.*

N. 4583.

*E Regio Monte, 2.X.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de negotio Livonico ex voto et sententia confecto et pace cum Livonibus constituta iterum gratulatur; pro clementia archiepiscopo Rigensi exhibita eiusque pristinae dignitati restitutione gratias agit; rogat, ut finium controversiae finem tandem imponat.*

*Cfr. El. XXXI, N. 714.*

*Ostpr. Fol., vol. 282-284.*

Regi Poloniae, 2 Octobris.

Gratias agit, quod liberaverit Dominum Archiepiscopum Rigensem<sup>1)</sup>. Item petit negotium limitum Lithuanicorum terminari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas Domino Deo adiuvante nunc tandem ex voto et sententia negotium Livonicum confecit pacemque certam constituit<sup>2)</sup>, pro officio in S. Regiam Vestram Maiestatem meo prosperis illius successibus et gratulor et Deum, pacis authorem et conservatorem, precor, ut pactiones, inter S. Regiam Vestram Maiestatem et Livonienses sancitas, firmas perpetuasque esse faxit. Deinde gratias S. Regiae Vestrae Maiestati ago quas possum maximas pro clementia in Reverendis-

simam Illustratatem Suam pro iure protectionis et necessitudinis arctae vinculo vindicandam suscepere, curasque et molestias eius Reverendissimae Illustritatis causa quam plurimas sustinuerit, sed pristinae dignitatis etiam loco ipsum restituerit. Quae omnia cum maiora sint, quam ut vel meis vel ipsius Reverendissimi Domini Archiepiscopi meritis compensari queant, Deum remuneratorem horum omnium S. Regiae Vestrae Maiestati exopto. Quantumque in me erit, perpetuis meis obsequiis gratitudinem S. Regiae Vestrae Maiestati meam contestari immemor nunquam ero. [f. 283] Idem quoque Reverendissimum Dominum Archiepiscopum facturum esse nullum mihi dubium est.

Ceterum quoniam pactionibus iisdem constitutum quoque esse intelligo, quanam via controversia finium inter Magnum Lithuaniae Ducatum et Livonię componi debeat, praetermittere non potui, quin S. Regiam Vestram Maiestatem molestiarum quoque, quas multis iam ab annis propter eiusdem Magni Lithuaniae et mei Ducatus controversos fines sustineo, officiosissime denuo submonerem. Quos terminari et crebrae subditorum inter se incursiones et hereditarium ius incliti Regni Poloniae in hunc Ducatum flagitare videntur. Quia vero S. Regia Vestra Maiestas clementer meminit restare particulas quasdam eorundem finium, quae ad personalem et S. Regiae Vestrae Maiestatis et meam cognitionem a commissariis reiectae sunt, ad quas revidendas se S. Regia Vestra Maiestas non difficillem fore pollicita est, petitumque a me est, ut S. Regia Vestra Maiestas in eo se mihi Dominum et Regem munificum clementemque praeberet, partesque illas, ad utriusque nostrum personalem determinationem remissas, sicut a meis commissariis iuxta contractus formulam monstratae essent, mihi clementer pro singulari in me amore suo assignaret. Cuius rei S. Regia Vestra Maiestas, cum apud me esset in Prussia proxime, spem mihi liberalissimam fecit, precibusque meis non gravatim annuere visa est. Itaque hac clementissima S. Regiae Vestrae Maiestatis in me liberalitatis significatione fretus, denuo submonendam esse de his illam duxi. Petoque obnixe ac officiosissime, ut S. Regia Vestra Maiestas, memor clementissimae spei mihi factae, nunc tandem particulas illas finium, siquidem exiguae sunt, in possessionem et dominium meum, quemadmodum [f. 284] a meis commissariis secundum contractus tenorem monstratae sunt, mihi tradi, quodque ad mare usque salsum indeterminatum ex finibus superest, prout in pactis continetur et S. Regia Vestra Maiestas tam coram, quam per literas, se facturam clementer recepit, limitari, ac quicquid horum ad me pertinere cognitum fuerit, in eius me proprietatem pro gratia in me singulari sua mitti iubeat.

Factura S. Regia Vestra Maiestas rem utriusque Ducatus subditis per necessariam, multarumque caedium et offensionum occasiones ea ratione tollet, atque semetipsam meque plurimis liberatura est querelarum molestii. Ego vero quovis officiorum genere debitisque obsequiis meis quicquid S. Regia Vestra Maiestas ex liberali in me munificentia sua contulerit, quoad vixero, demererri immemor nunquam ero. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M.[untzer]

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

2) *sermo est de pace cum Livonibus in Pozwol inita (14.IX.).*

N. 4584.

E Regio Monte, 4.X.1557.

*Albertus dux in Prussia.*

*palatino Masoviae [Stanislaw Ławski]*

*responsum eius ad priores litteras suas, desiderium eius testantes pacta et contractus mutuos inter utramque regionem eorum ratos et firmos servandi, sibi gratum fuisse significat; cum tamen ad se recens perlatum sit hominibus suis "non patere adhuc liberum accessum in Mazoviam ad comparandam annonam aliaque victui necessaria", rogar, ut a rege impetrare velit, quo utriusque regionis subditis libera utrinque mercimonia permittat.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1615.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 284-285.

N. 4585.

E Regio Monte, 6.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*

*pro studio et singulari animi propensione archiepiscopo Rigensi exhibita gratias agit; rogar, ut negotium finium regundorum apud regem promoveat.*

Cfr. El. XL, NN. 1619, 1620.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 285-288.

Ioanni Ocieski, Supremo Cancellario, mutatis mutandis Vicecancellario<sup>1)</sup> et Palatino Vilnensi<sup>2)</sup>, IV Octobris.

Gratias agit pro studio in causa Archiepiscopi Rigensis<sup>3)</sup> impenso, petitque negotium finium Lithuaniae iuvari.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Etsi plurima Magnificentiae Vestrae multis iam [f. 286] ab annis in nos merita extiterunt, quibus demerendis nos Magnificentiae Vestrae multum debere agnoscamus, accessit tamen his omnibus studium, labor, diligentia et singularis Magnificentiae Vestrae animi propensio in Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem, cuius partes Magnificentia Vestra a prima usque Reverendissimae Illustritatis Suae captivitate sedulo et fideliter egisse, rebusque illius afflictis bene semper consultum voluisse, non obscuris argumentis perspeximus. Quo fit, ut ad priora omnia magnus in nos beneficiorum Magnificentiae Vestrae cumulus acreverit. Pro quibus (quandoquidem ad promerendum facultate destituimur) summas atque eas, quas par est, maximas Magnificentiae Vestrae gratias agimus, daturi operam, ut nulla gratificandi vicissim Magnificentiae Vestrae occasio a nobis negligatur, ac cum eodem Reverendissimo Domino Archiepiscopo gratos et memores nos eorum beneficiorum declaremus.

Ceterum quoniam, quod felix et faustum Deus esse velit, pax certa cum Livoniensibus ex voto et sententia S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, constituta est, in quo et finium controversia, quae hactenus S.

Regiae Maiestati ratione Magni Lithuaniae Ducatus cum Livoniensibus intercessit, non posthabita esse dicitur, precamur a Domino Deo, ut firma perpetuaque ea foedera esse velit, [f. 287] illudque, quod adhuc superest, finium negotium ad tranquillitatem Reique Publicae emolumentum aequo etiam et iusto fine terminet. Quia vero et nobis a multis iam annis non parum negotii datum est propter plerasque, de quibus adhuc ambigitur, et Magni Lithuaniae et nostri Ducatus finium particulas, duximus S. Regiam Maiestatem hoc nomine officiosissime submonendam esse, ut quod aliquoties ceptum est, regundis terminandisque tandem limitibus hisce S. Regia Maiestas Sua, sicut clementer pollicita est atque Magnificentiam Vestram non ingorare putamus, Dominum se nobis clementissimum praebeat. Praecipue vero in iis, quorum S. Regia Maiestas ad preces nostras, cum apud nos proxime in Prussia esset, spem nobis liberalem fecit, sic sane, quod eas se nobis finium particulas ex regia gratia et munificentia donaturam recepit, quae a commissariis indecisae ad S. Regiae Maiestatis Suae et nostram diiudicationem reiectae, et sicut eidem secundum contractus formulam a nostris commissariis monstratae essent, utque ea, quae ad mare usque salsum limitata adhuc non essent, uno eodemque tempore, prout pacta habent, suum quoque finem sortirentur.

In quo etsi nobis nullum est dubium de S. Regiae Maiestatis aequo benevoloque in nos animo, rogandam tamen Magnificentiam Vestram esse duximus, ut pro ea, qua apud S. Regiam Maiestatem Suam authoritate pollet plurimum, maturando huic negotio se suasorem adjutoremque et favorabilem nobis et non difficultem praebeat. In eo Magnificentia Vestra rem nobis tam gratam [f. 288] praestabit, ut quam gratissimam. Erit hoc etiam ex re et commodo incliti Poloniae Regni, nam feudo illius hereditario, quod ei in Ducatu nostro est, bene Magnificentia Vestra consulet, si ex bonis ad illud iure et veteribus pactionibus pertinentibus detrahi vel avelli aliquid, quantum in ipsa est, passa non fuerit. Multarum quoque offenditionum causas inter utriusque Ducatus subditos e medio tollet ac vicinae tranquillitatis Reique Publicae incrementum promovebit. Nos vero quovis id studio demererri conabimur etc. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

- 1) *Ioannes Przerembski.*
- 2) *Nicolaus Radziwill "Niger"*
- 3) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

N. 4586.

*E Regio Monte, 7.X.1557.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*  
*petit, ut rex magistrum Livoniae promissionis, in negotio Casparis a Münster,*  
*marscalci Livoniensis, factae, submonere velit, ut, si ad pristinam digni-*  
*tatem restitui non possit, iuxta inclusa restitutionis capita voti compos-*  
*fiat; commendat praeterea Ioannem Hoit, oratorem, et Christophorum*  
*Botticher, cancellarium Livoniensem.*  
*(Annexum: Capita restitutionis Casparis a Münster).*  
*Ostpr. fol., vol. 55, ff. 288-292..*

Regi Poloniae, VII Octobris.

Commendat causam Provincialis Livoniae Marschalci<sup>1)</sup>). Item Ioannis Hoiten<sup>2)</sup> et Bottichers<sup>3)</sup>.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Etsi nemini obscurum est, qua clementia S. Regia Vestra Maiestas erga Reverendissimum Dominum Livoniae Provincialem Marschalcum ducta res illius afflictas curae hactenus habuerit, ut porro de sublevando etiam eo sine submonitoris alicuius rogatu rationes nullas praetermissura sit, nec clementiam in eundem suam clausura, diurna calamitate tamen sortisque illius indignitate motus, [f. 289] siquidem afflictis succurrere pietatis est, praetermittere non potui, quin quod cogitare etiam vel constituisse iam S. Regiam Vestram Maiestatem existimo, ab ea officiosissime expeterem. Sic sane, quandoquidem subverendum est, ne quod Magnificus Ordinis in Livonia Magister<sup>4)</sup> ad S. Regiae Vestrae Maiestatis intercessio- nem negotium Marschalci cum commendatoribus suis deliberaturum se recepit, in longam aliquam procrastinationem extrahatur, aut responsum tale detur, quod minime ex re Domini Marschalci foret, ut S. Regia Vestra Maiestas, sumpta occasione aliqua ad id convenienti et apposita, vel per literas, vel si quos in Livonia habet legatos, maturandae promissionis suae Magistrum submonere dignetur ac clementer amanterque ab illo contendere, ut si Dominus Marschalcus ad pristinum dignitatis locum non videretur restituendus esse, ad eum tamen modum, quem hisce inclusa habent restitutionis capita, voti compos fieret. Aut si S. Regiae Vestrae Maiestati ita videretur, Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi<sup>5)</sup> per literas negotium Domini Marschalci, singulari quadam clementiae significatione in illum suae, de meliori nota curandum tractandumque commendare dignetur, ut Reverendissima Illustritas Sua apud Magnificum Ordinis Magistrum iussu et mandato S. Regiae Vestrae Maiestatis de maturanda, quam S. Regiae Vestrae Maiestati benigne recepisset, eius rei cum commendatoribus suis deliberatione et constituendo digno aliquo restitutionis modo sollicitatorem agat, idque aut privatum ex mandato S. Regiae Vestrae Maiestatis per se, aut coniuncta, sicut melius S. Regiae Vestrae Maiestati esse videtur, quorundam [f. 290] Maiestatis Vestrae oratorum opera. Hac via et ratione, ut ego opinor, honestus et egregius vir afflictionis suae sortisque indignae tandem finem aliquem consequeretur.

Maiores etiam in modum S. Regiam Vestram Maiestatem oratam habeo, ut pro Venerando et Generoso viro Ioanne Hoiten, qui rebus S. Regiae Vestrae Maiestatis omnibus non minore fide ac candore quam suae ipsius saluti rectissime consultum semper voluit, necnon Christophoro Bottichero, qui apud Dominum Livoniae Magistrum cancellarii munere functus est, apud eundem Magistrum clementer intercedat, ut cum complanata et sopita esse debeant omnia, quae in hoc Livonico negotio agitata atque in controversiam deducta sunt, horum quoque virorum ratio aliqua habeatur, utque ad intercessionem S. Regiae Vestrae Maiestatis illi vel pristinae dignitati restituerentur atque ad sua redire permitterentur, aut – si hoc obtineri non posset – citra nominis ac famae laesionem quoquo modo annuis proventibus illis provideretur. Quae omnia S. Regiam Vestram Maiestatem, pietate christiana ac regia clementia adductam, et rectius et magis accommodate, quam a me doceri queat, curaturam minime dubito.

Pluribus etiam haec expeterem a S. Regia Vestra Maiestate, nisi existentibus tot iam clementiae et benevolentiae suae et in Dominum Marschalcum, et egregios hosce viros argumentis, ultro illam id ipsum libenter velle scirem. Factura S. Regia Vestra Maiestas opus cum Deo acceptum,

tum vero regio nomini laudabile, mihi vero rem tam gratam, ut quam gravissimam. Ipsum autem [f. 291] Marschalcum reliquosque illi charos viros, illiusque celebrem et numerosam familiam (quae suis ad me literis et S. Regiae Vestrae Maiestati et mihi permaximas agit gratias pro singulis in eundem Marschalcum collatis beneficiis, petitque porro ipsum et S. Regiae Vestrae Maiestatis et meo favore iuvari), [sibi devinctiorem reddet].

A. M[untzer]

Capita, secundum quae Reverendus et Generosus Dominus Caspar a Munster, Militaris Ordinis in Livonia Provincialis Marschalcus, si ei ad pristinum dignitatis statum redire non concedetur, restituendus esse videretur.

Quandoquidem Reverendae Dominationi Suae nihil antiquius esse potest famae nominisque ac dignitatis integritate, ante omnia eius sibi rationem habendam esse videtur. Itaque ne exilium ac de gradu dignitatis deiectio Reverendae Dominationi Suae hanc contumeliae notam inurat, quod eam infamiam commeruisse existimetur, petitur sibi conferri coadiutoris Magisterii dignitatem cum praefectura Vellinensi.

Ne autem Reverenda Dominatio Sua pro homine honoris ambitioso reputetur, pollicebitur se tempore successionis proximae suffragium suum Magisterii cuidam alteri ex commendatoribus, ad hoc munus apto, datum locumque illi suum concessurum, ita tamen, ut Reverenda Dominatio Sua non coacte, sed spontanee ac cum bona voluntate sua id faciat, utque is, qui suo suffragio in Magistrum electus fuerit, ut decet, gratum se et memorem erga Reverendam Dominationem Suam exhibeat.

Secundo, facile patietur Reverenda Dominatio Sua, ut vel Magnificus Dominus Magister vel quisvis alter praefecturam [f. 292] Vellinensem teneat, dummodo eius Reverendae Dominationi ex eiusdem praefecturae proventibus singulis annis ad extrema Reverendae Dominationis Suae vitae tempora tria millia thalerorum numerentur, utque ad meliorem et sui et suorum sustentationem Reverendae Dominationi Suae ad vitae suae tempora praefectura Selburg aut Mitaw in possessionem cum omnibus redditibus et proventibus detur. Reditus autem ambarum praefecturarum illarum non excedunt mille et quingentos thaleros.

Tertio, quandoquidem satisfactio Reverendae Dominationi Suae iure deberi videtur, pro bonis post se relictis et direptis, proque iis redditibus, qui ex praefecturis Landmarschalci annuatim proveniunt (qui aestimantur valore duodecim millium thalerorum), aequitatis esse putatur, ut pro his Dominationi Suae satisfiat. Ac sumptus quoque ei refundantur, quos a tempore exilii sui facere coacta est. Illi autem computantur ultra decem thalerorum esse millia.

1) *Caspar a Müster.*

2) *Ioannes Hoit, consiliarius et orator Ordinis Livoniensis.*

3) *Christophorus Botticher (vel Böticher), cancellarius Ordinis Livoniensis.*

4) *Gulielmus a Fürstenberg.*

5) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

N. 4587.

E Regio Monte, 7.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario, et R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]  
rogat, ut negotium marscalci Livoniensis, de quo ad regem fusius scripsit,  
apud regem promoveat.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 293.*

Ioanni Ocieski, Supremo Cancellario, et Vicecancellario,  
Pro Landmarschalco<sup>1)</sup>.

Etsi nobis minime dubium est Magnificentiam Vestram, etiam non potentibus nobis, ultro Reverendi viri, Domini Provincialis Livoniae Marschalci, rebus afflictis bene consultum velle, tamen cum pro eodem literas ad S. Regiam Maiestatem intercessorias daremus, duximus Magnificentiae quoque Vestrae egregium virum eiusque causam de meliori nota commendandam esse. Petimus itaque amice, ut Magnificentia Vestra apud S. Regiam Maiestatem negotium dicti Marschalci ad eum, sicut literae nostrae ad Maiestatem eius datae habent modum, iuvet. In quo Magnificentia Vestra non minus gratum nobis factura est, ac si in nos ipsos id benevolentiae, studii et operae contulisset. In quo vicissim demerendo nullam occasionem praetermissuri sumus. Cupimus tandem Magnificentiam Vestram rectissime valere. Datae ut supra.

A. M[untzer]

1) Caspar a Müster.

N. 4588.

E Regio Monte, 10.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Skaszewski, capitaneo in Kroze,  
pro Paulo Gelber, cui fratri nomine cum Valentino Pokait, aurifabro in Kroze.  
"ratione cristae cuiusdam seu ornamenti argentei" negotium intercedit,  
rogat, ut Valentino Pokait iniungat, quo eidem Paulo Gelber vel cristam  
retentam restituat, vel debitam pro ea pecuniam solvat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 293-294.*

N. 4589.

E Regio Monte, 15.X.1557.

*Albertus dux in Prussia  
regi Angliae [Philippo]*

*pro litteris eius, 10.XII.1556 anni Bruxellis datis, gratias agit; octo falcones  
hoc etiam anno dono mittit et rogat, ut "paucitatem earum avium boni*

consulat, siquidem propter constitutionem aeris huius temporis humidiā et imbrēs frequentiores captu fuerunt rariores solito".

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 295-296.

N. 4590.

E Regio Monte, 16.X.1557.

*Albertus dux in Prussia  
reginae Angliae [Mariae]  
sex falcones dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 296-297.

N. 4591.

E Regio Monte, 16.X.1557.

*Albertus dux in Prussia  
Gulielmo Pageto, regum Angliae consiliario,  
quattuor falcones dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 297-298.

N. 4592.

E Regio Monte, 16.X.1557.

*Albertus dux in Prussia  
Stanislao Ostrorog et, mutatis mutandis, Iacobo Ostrorog, Martino Zborowski  
et Ioanni Tomicki  
duos falcones dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1621.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 298-299.

N. 4593.

E Regio Monte, 23.X.1557.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
Ioannem Godefridum, adolescentem Gallum, commendat et rogat, ut, cum  
ipse eum in servitorum suorum numerum ascribere nunc non possit, in  
album aulicorum suorum eum rex suscipere velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 301-302.

N. 4594.

E Regio Monte, 27.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Georgio Olelkowicz, duci Slucensi,*

*Horatium Curionem, adolescentem ab eo sibi commendatum, in gratiam eius numero servitorum suorum se cooptasse nuntiat ("tametsi hoc tempore et servitorum et aulae nostrae impensas non necessarias contrahere cogitemus").*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 302-303.*

N. 4595.

E Regio Monte, 28.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Melchiore Kirchoff, cive Rigeni, intercedit et orat, ut rex "proprio quasi motu" archiepiscopo Rigeni scribat et negotium eius ita commendet, quo non modo bona sua mobilia, in arce Kokenhausen deposita, sed etiam immobilia, in civitate Rigeni post se relicta, recuperet.*

*(Schedula: rogat, ut rex senatui Lubecensi scribat, quo bona eiusdem Kirchoff ex Kokenhausen Lubecam translata et ibi asservata bene custodienda curet).*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 299-301.*

Regi Poloniae, XXVIII Octobris.

Pro Melchiore Kirchof.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Negotium Melchioris Kirchoff, civis Rigenensis exulis, S. Regiae Maiestati Vestrae non ignotum esse existimo, siquidem id S. Regiae Maiestati Vestrae superiore anno prolixè per literas meas explicui, et ipse quoque tum temporis coram fusius haud dubie enarravit. Cum autem omnem spem, fiduciam et salutem suam in S. Regiae Maiestatis Vestrae auxilio et authoritate positam et constitutam habeat, vehementer a me et officiose petiit se denuo literis meis ad S. Regiam Maiestatem Vestram subdite commendari. Quod ipsi quidem petenti, tum pro causae sueae aequitate et iustitia, tum quod eius viri vicem et sortem iniquam magnopere doleam, dene-gare nolui. Peto itaque maiorem in modum submisso, ut S. Regia Maiestas Vestra proprio quasi motu Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigen-si<sup>1)</sup> scribat, eique huius viri negotium (quod Reverendissima Sua Celsitudo ultro ac sua sponte semper hactenus promovere dignata est) accurate com-mendet, sic plane, ut [f. 300] non modo bona sua mobilia, quae in arce Kockenhausen apud Reverendissimam Suam Celsitudinem fideliter depo-suerat, in quibus aurea et argentea vasa et suppellectilia magni pretii fue-re, sed ea etiam, quae in civitate Rigeni immobilia post se reliquit, uni-versa recuperet, pristinoque honori, loco et conditioni, pro novi istius con-tractus pacti-ve inter Reverendissimam Celsitudinem Suam et Magistrum Livoniae<sup>2)</sup> facti formula et exigentia, integre restituatur; denique ut senten-tia, pro ipso iudicialiter lata, debitae tandem executioni mandetur.

Haec omnia etsi Reverendissimus Dominus Archiepiscopus sua sponte, ob varia eius viri officia, fideliter et magna cum industria Suae Celsitudini a multis annis praestita, diligenter curaturus sit, tamen S. Regiae Maiestatis Vestrae intercessione et admonitione accedente maiori cura, studio et industria hoc ipsum negotium promovebitur ac miser hic exul eo citius pristino statui restituetur. Fecerit S. Regia Maiestas Vestra rem singulari sua clementia et benignitate plane dignam et huic homini prorsus necessariam. Quam ego omni studio, officio et observantia demererit sedulo conabor. Commando S. Regiam Maiestatem [Vestram] Deo Optimo Maximo diutissime salvam, incolumem et felicem conservandam. Datae Regiomonti ut supra.

C. S[ilvius]

Cedula [f. 301]

Et quoniam dictus Melchior Kirchoff certo se compertum habere dicit sua bona, quae in arce Kockenhausen deposuerat, Lubecum delata esse ibique etiamdum asservari, quare non absurdum fortasse fuerit, si S. Regia Maiestas Vestra auctoritate protectoria, qua Archiepiscopus Rigensis illi commendatus est, senatui Lubecensi scribat et serio ab eo postulet, quandoquidem ea bona deposita (quae per quendam nomine Liperheide Lubecum transmissa sunt) ad plenariam Reverendissimi Domini Archiepiscopi restitutionem pertinent, ut ea, non habita ullius hominis ratione, detineat et probe asservet, nec e manibus suave potestate et custodia citra S. Regiae Maiestatis Vestrae voluntatem dimittat. Ita haud dubie bonus hic vir suum depositum eo citius et facilius recuperabit.

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

2) *Gulielmus a Fürstenberg.*

N. 4596.

S.l., 28.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,  
se laeto animo accepisse nuntiat vina, butyrum et caseos reginae placuisse, et  
addit tanta pro eiusmodi donis gratiarum actione opus non fuisse; scribit  
ad se allatum esse de Livonibus, qui contra constitutam pacem hostiles  
incursiones [in Lituania] fecisse et alitis quoque facinoribus initam  
pacem violasse, sperat tamen eiusmodi rumorem falsum esse; rogat, ut si  
quid postea ei constiterit, ad se perscribat; quod filio suo, licet nimis iuveni,  
ut equum concendat, equum mittere cupiat, gratias agit etc.*

*Cfr. El. XLIII, N. 194.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 332v-334v.*

An Gabriel Terla, den 28 Octobris 57.

Wir haben euer schreiben, den 15 Octobris [f. 333] datirt, bekommen und inhalts lesende eingenommen. Anfenglich aber haben wir mit erfreutem gemuth verstanden, das der ko.mt., unser gnedigen frau<sup>n</sup>1), an den zugeschickten weinen, desgleichen butter und kesen zu gnedigem gefallen

geschehen. Wunschen von Gott dem almechtigen, das derselbe irer ko.mt. mit ergetzligkeit wolle geniessen und auch wol gedeihen lassen. Gegen unser person aber were der hohen dancksagung nicht nötig, dan ire ko.mt. sollens gewiss darfur achten, das wir als der underthenig blutsfreundt und lehensfurst irer ko.mt. ohne rumb mit den treuen meynen, darob wir nicht gerne von jemandsen beschuldigt wolten werden als liesen wir in dem geringsten an geburlicher underthenigkeit etwas mangeln. Und geburet uns vil mehr gegen irer ko.mt. vor die gnedige gewogenheit, so wir gegen unserer person vermercken, danckbar zu sein. Wollen auch, ob Got will, anders nicht, dann oben vermeldet, erfunden werden, mit angeheftem gnedigem sinnen, [f. 333v] ir wollet uns eure[r] bescheidenheit nach irer ko.mt. bevelhen, auch bitten, das ir ko.mt. jederzeit unser bey derselben geliebten hern und gemahel, in gleichnuss auch bey irer ko.mt.. hern vattern,<sup>2)</sup>, im besten gedenken wolle, wie wir dann daran, solchs geschehen werde, im wenigsten zweifeln.

Das wir euch jungsten umb etlichen zeitung geschriben, ist darumb geschehen, das man alhie vil seltzame reden getriben, als solten die Eyfflender im abzuge zuwider dem aufgerichten friden<sup>3</sup>) einfelle gethan, auch dem hern von Trogk<sup>4)</sup> etzliche leuthe gehengkt, gefangen und wegkgetrieben haben; darneben als solten sie die bewilligung wegen der grenitz nicht halten wollen, welchs uns gleichwol allerley nachdencken gemacht. Weil wir aber derhalben von euch nichts ver- [f. 334] mercken, seint wir zuversichtig, es solle auch nichts daran sein. Begeren aber nichtsminder gantz gnedigen, ir wollet uns, wess weiter vorfelt, jederzeit, desgleichen wie es mit der ko.mt. reisen in die Chron Poln etc. verbleiben wirt, gutwillig eroffnen.

Das ir euch eines wagengauls halben in unser geschir dinstlich bemuhet und daneben euch unserm geliebten sohn<sup>5)</sup> ein junges zelterlein zu erweisen erbietet, darfur seint wir in gnaden danckbar. Uns ist aber nicht lieb, das ir euch unsernt und unsers sohns halben sovil bemuhen sollet. Und wiewol unser son zum reiten etwas noch zu jung, so wollen wir doch in euer gefallen gestelt haben, ob irs ubersenden wollet. So solle es auch mit gnediger danckbarkeit angenommen werden. Wo dan der [f. 334v] braune wallach, davon ir schreibet, dermassen geschaffen were, das er fur unsern leib dinlich, und ir uns denselben zu guth behandlen kontet, thet ir uns zu gnedigem gefallen. Wir seint auch urputig, euch fur diss und das ander gnedige vergleichung zu thun etc.

Fur den zugeschickten wein und putter dörfft ir gar keine dancksagung thun, dann worin wir euch gnedigen willen erzeigen konnen, darin solt ir uns jederzeit den gnedigen hern erfinden.

Letzlich seint wir in gnaden danckbar, das ir euren diener seines aussenbleibens halben entschuldigt genohmen. Und wolten etc.

Ex relatione secretarii  
Princeps audivit et placuit  
D. Gerke

1) *Catharina.*

2) *Ferdinandus I.*

3) *agitur de pace inter regem Poloniae et Ordinem Livoniensem 14.IX.1557. a. in Pozwol inita.*

4) *Hieronymus Chodkiewicz, castellanus Trocensis.*

5) *Albertus Fridericus.*

E Regio Monte, 28.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,  
rogat, ut una cum Achatio Czema, ad regem proficiscente, bonam sui mentio-  
nem coram rege et regina facere velit; refert de studio et opera sua in  
matrimonio elocandis duabus reginulis Poloniae nondum nuptis adhibita  
et indicat, quid hac in re et in negotio Livonico apud principes Germaniae  
adhuc faciendum sibi videatur.*

*Autogr. Sigill.**HBA, B, K. 1179.*

Grosgunstiger her hofmeister, gahr geliebter guter freundt und gunner.

Ab ich wol diser zeit euch nichts sunderlichs zu schreiben habe, weil ich E.H. auf ier negstes schreiben durch meinen secretarien beantworte, kan ich doch nicht gahr umbgehen, das ich nicht auch bemuhen solte. Bevorab weil der grosmogende, mein besonder, auch lieber gute[r] freund und gunner, der her margenburgischer weyboda, her Czeme,<sup>1)</sup>, in s.h. vor genumenen reise an k.mt. unssers allergnedisten herrens bey mihr vohr etzlichen dagen, ehe mihr E.H. brife worden, seine geschefte und sachen bey gemelter k.mt. auszurichten, darzu ich s.h. gluck und alle wolfart wunsche, und bitte, wen ir sambt dem herren weywoden beyeinander sein werdet, ir wollet mein bey k.mt., unssern allergnedistem herren, dergleichen bey meiner gnedisten frawen, der kunigin,<sup>2)</sup>, zu gedencken und im besten nicht vergessen, mit erbitung meiner und meiner liebsten gemahel<sup>3)</sup> willigen dinste und wunschung etc.

Nach abzug aber vohrgemeltes herren margenpurgischen weywoden ist mihr siderzeit allerley bedencken eingefallen als dem, der stetigs in sorgfeltigkeit lebet, yrer k.mt. und ganczem kuniglichen hause zu dinen, vornemlich auch beden frewichen, meinen gahr geliebten mumen<sup>4)</sup>, wy dy vor bas mochten verheyrat werden. Was fleisses ich auch bis anhero one rumb gesaget gethon, wille ich Got ergeben, der allen menschen herczen weis etc. Dyweil ich den aber mit meinen dinsten aufzuhoren nicht gern seumich wolde befunden werden, sind mihr dise volgende bedencken zugefallen, doch alles auf verbesserung der ku.mt., ab nicht gut, das yre mt. den margenburgischen weiwoeden dotten vermogen ader befelen, das er sich an dy fursten zu Saschen<sup>2)</sup> <sup>5)</sup>, das si gewonlich ier hof halten, thette begeben und mit unfermercklicher instruction wurde abgefertigt, weil er bey den fursten und andern im Teuschen Reich in einem zimlichen [p.2] ansehen und sein person und name alda und bey andren fursten, konigen etc. wol bekant. Alda mochte s.h. alle gelegenheit der fursten [mit] geschicklichkeit anmercken, auch durch hofliche rede sich mit ynen oder yren rethen, einlassen, der frewlen gedencken, auch bey yren hofmeistern und reten, mit denen s.h. sunderlich wol bekant, mention von den frewlein machen und mit ynen von sich selber erwegen, ab durch schickung Gottes also etwas mocht gewircket werden. Und dyweile der lanckraff<sup>6)</sup> auch junge herren hat, das er dahin gleichermassen abgefertigt. Im zug dahin mochte ku.mt. den curfursten von Brandenburgk<sup>7)</sup> ansprechen, dy kurfurstin<sup>8)</sup> als dy swe ster besuchen, damit der handel durch ein andre ursache wurde getrieben.

Bedencke auch bey mihr, ab nicht gut, das s.h. auch dise volgende thette werben, weil wisslich, wy unferdint ich in dy acht kumen umb des willen, das s.k. geliebter her vatter gotselig<sup>9)</sup> mihr verboten, das ich mihr nicht fur das kamergericht stellen solte, und aber durch unterhandlung von key. und ro.k.mt. solche acht suspendiret, ro.k.mt. auch zum unterhendler benenent, das dy kur- und fursten wolten helfen, weil ro.k.mt. zum unterhendler geseczet und der handel nun dahin gedigen wehre, ie unpillich, das ich nicht gar aus der acht solte gelassen sein. Begeret derhalben k.mt., ire kur- und furstliche liebe wolten helfen raten und vordern, das ich der acht auch erlassen, wo nicht gahr, doch so lang bis dy handlung yre entschaft erlangte etc., den dis nicht mein, sunder s.mt. handel wehre, domit gesehen, das sich k.mt. meiner anneme.

Hirneben felt mihr noch eins zu, ab nicht gut, das des von Praunswigs son<sup>10)</sup> auch gedacht und ein freulein zu nemen durch des alten gemahel<sup>11)</sup>, mein liebste mumben, gehandelt mochte werden.

So kunte auch der botschafter bey disen herren allen der eifländischen handlung zu ehren k.mt. aufbreichen, sunderlich mit dem erschlagen (p.3) irer k.mt. botschaften und herwiderumb wes k.mt. wol fur vortheil sich zu rechnen, doch mit kuniglicher hinderung als ein christlicher kunich sich in aller sanftmut vertragen lassen etc. mit mehrem ausstrich. Durch solches mochte der bot auch allerley daussen erfahren und erkunden, und in zuruckzug an den curfursten zu Saschen<sup>12)</sup> und dy fursten von Pumern<sup>13)</sup> sich thet begeben etc.

Dise bedencken habe ich aus trewer woltmeynung E.H. nicht wollen verhalten mit fleissiger bit und gnedigem sinnen, yr wollet solches mit guter geschicklichkeit an yre k.mt. tragen, doch das es heimlich geschehe, gleich ab es von mihr nicht herflisse, weil der marginpurgische weiwoda nunmehr in einem alter, der lieber ruhe kegen mihr, nicht ein misfallen werfen moge, das ich yn furgeschlagen, den ich warlich keinen bessern zu diser handlung spure. Doch stelle ichs in k.mt. bedencken. Mich duncket, das dy schickung solle den unkosten, so auf dy zerung gehen wurdet, nicht zu erwegen und das si mehr nuczen werde, warumb der unkosten von k.mt. pillich nicht angesehen. Befele E.H. hiemit Gottes gnedigem schucz und schirm in langwiricher guter frischer gesuntheit und leben zu erhalten, und das verleihen wolle, das E.H. zu sel und leib zeitlich und ewiglich nuczlich. Datis Kunigspurgk den 28 Octobris anno 1557.

Der elter etc.

*In dorso alia manu:* Dem edlen und ernvesten unserm besondern lieben Gabrieln Terla, ko.mt. zu Polan etc. hoffmeister, castellan zu Radom und heuptmann uff Chelm etc.

1) *sic in ms.*

1) *Achatius Czema, palatinus Marienburgensis.*

2) *Catharina.*

3) *Anna Maria.*

4) *Anna et Catharina, sorores regis nondum nuptiae.*

5) *Ioannes Fridericus II et Ioannes Gulielmus.*

6) *Philippus I Magnanimus, landgravius Hassiae.*

7) *Ioachimus II.*

8) *Hedvigis Jagellonica, uxor Ioachimi II.*

9) *Sigismundus I.*

10) *Iulius, filius Henrici II ducis Brunsvicensis.*

11) *Sophia Jagellonica, uxor Henrici II.*

12) *Ioannes Fridericus II.*

13) *Barnimus IX et Philippus I.*

N. 4598.

S.l., 28.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarto,  
de amicorum suorum: Gabrielis Tarło, Stanislai Myszkowski et utriusque  
Czema bona valetudine gaudet; nuntiat sibi gratum esse, quod vinum,  
casei et butyrum regi accepta fuerint; desiderio eius bona Lubbenen (vel  
Lubbenen) obtinendi se ei hoc tempore satisfacere non posse scribit; per-  
spicilla ("die brillen oder ocularia"), de quibus in litteris eius sermo  
occurrit, se nondum accepisse significat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 125.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 335-336.

N. 4599.

E Regio Monte, 29.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*nuntiat se praesentium latori litteras et viaticum dedisse, "ut tanto expeditius  
ad Reverendam Generositatem Vestram pervenire posset".*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 304.

N. 4600.

E Regio Monte, 30.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Łaski, curiae regiae incisori,*

*rogat, ut iuveni, litterarum exhibitori, hominum et locorum ignaro, locum  
indicet, ubi nunc Ioannes Łaski commoretur, quo eo citius ad ipsum per-  
venire queat.*

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 304-305.

Nicolao a Lasko, XXX Octobris.

Petit huic adolescenti locum indicari, ubi nunc Ioannes a Lasko degat.

Nolumus Magnificentiam Vestram amanter celare, quod praesentium  
exhibitor literarum subdite nobis significandum curavit sibi in Phrisia  
Orientali librum quendam, Serenissimae Regiae Maiestati Poloniae etc.,  
Domino nostro clementissimo, dedicatum, a quodam doctore traditum esse  
iis legibus, ut eum librum Reverendo et Generoso Domino Ioanni a Lasko,,  
Magnificentiae Vestrae patruo, in manus redderet, S. Regiae Maiestati  
postmodum afferendum. [f. 305] Cum autem et hominum et locorum igna-  
rus sit, ac nobis ipsis etiam hoc tempore non constet, quo loci nunc Domi-  
nus Ioannes a Lasco commoretur, duximus hunc ipsum iuvenem Magnifi-  
centiae Vestrae per has literas nostras commendandum, amanter petentes,

ut Magnificentia Vestra ipsi locum indicare dignetur, ubi nunc temporis Magnificentiae Vestrae patruus degat, quo compendiosius et citius ad ipsum commeare queat. Hoc nobis Magnificentia Vestra pergratum, ipsi vero iuveni peropportunum fecerit. Quod nos clementia nostra compensabimus. Quae bene feliciterque valeat.

C. S[ilvius]

N. 4601.

S.l., 30.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto et, mutatis mutandis, Fabiano Czema et Petro Chwalczewski pro Philippo Kobelin, homine in bello Livonico de rege et Regno Poloniae bene merito, qui etiam in posterum regi magno usui esse possit, intercedit et rogit, ut eum regi commendare velint, quo 19 mansos agri obtainere queat (cfr. N. 4602).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 331-332v.

N. 4602.

E Regio Monte, 31.X.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Philippum Kobelin, hominem belli Livonici tempore de rege eiusque Regno bene meritum, qui etiam in posterum magno usui esse possit, commendat et rogit, ut ei 19 mansos cum taberna concedere velit.*

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 305-306.

Regi Poloniae, XXXI Octobris.

Commendat Philippum Cobelin.

Serenissime Rex etc.

Philippus Kobelin, qui per horum Livonicorum motuum tempus hinc illinc pergendo et hostium consilia conatusque explorando sua servitia, fidem et industriam ita declaravit, facile inde ut appareret, si ad arma veniendum et proelio decertandum fuisse, ipsum S. Regiae Maiestati [Vestrae] magno usui futurum fuisse. Est enim homo, uti ex meis servitoribus, qui circa illum versati sunt, comperi, tum fide, tum industria praeditus singulari. Is, inquam, vehementer a me et obnixe petit se literis meis ad S. Regiam Maiestatem Vestram commendari. Summa petitionis suae haec est, ut S. Regia Maiestas Vestra (considerata hac officiorum suorum promptitudine, et quae in posterum S. Regiae Maiestati Vestrae praestare diligenter fideliterque et cupit et potest) ipsi XIX mansos in districtu vel Plotelensi vel Grustinensi cum libera taberna, quam ibidem exaedificare statuit, clementer dare, donare et concedere dignetur [f. 306] cum tali privilegio et immunitate, uti ceteris ex ordine nobilium a S. Regia Maiestate Vestra dari consuevit. Quae quidem ipsius petitio cum nec iniqua, nec S. Regia Maiestate Vestra indigna mihi videretur, tum quod ex commodo S. Regiae Maiestatis Vestrae existimem, si eiusmodi industrios homines ad

limites degentes habeat, tum quod alii exemplum inde capiant, ut in praestandis servitiis diligentiores sese exhibeant, nolui illi hoc officium commendationis denegare. Ac peto a S. Regia Maiestate Vestra summis, ut praenominato Philippo, quod cum commodo S. Regiae Maiestatis Vestrae fiat, eos mansos et tabernam clementer donare et concedere velit. Non dubito ipsum omni fide, officio et diligentia hoc munificentiae promeritum. Ego autem debitibus studiis et observantia S. Regiae Maiestati Vestrae compensare conabor. Quam Christus Optimus Maximus longis temporibus salvam et florentem conservet. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

N. 4603.

E Regio Monte, 12.XI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*investituram eius provinciae, quam defunctus nepos suus Albertus iunior post se reliquit, a rege Romanorum petiturus, litteras intercessorias ad eundem Romanorum regem sibi dari petit; rogat praeterea, cum proscriptionis decretum huic iuri suo hereditario exsequendo impedimento esse possit, ut rex de abroganda eiusmodi proscriptione per amicabiles tractationes cum rege Romanorum agat.*

*Cfr. El. XXXI, NN. 718, 719.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 306-309.*

Regi Poloniae, XII Novembbris.

Petit literas intercessorias ad Romanorum Regem<sup>1)</sup> ratione eius provinciae, quam Marchio Albertus post se reliquit. Item abrogationem proscriptionis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quandoquidem post mortem Illustris Domini Alberti Marchionis Brandenburgensis etc., nepotis [f. 307] mei ex fratre charissimi felicis memoriae<sup>2)</sup>, Illustritatis Suae provincia totaque hereditas tam ex veteribus Marchionum Brandenburgensium pactis, solemniter a S. Imperatoriis et Regiis Romanorum Maiestatis probatis et confirmatis, quam divi fratris mei, Domini Georgii, peculiaribus inter me et ipsum ratione successionis hereditariae certis conditionibus utrinque sancitis, ad me, verum et unicum heredem et successorem, devoluta est, decreveram quidem statim post obitum Illustritatis Suae ad petendam eius ad me pertinentis provinciae investituram, praestandaque ea, quae ratione eiusdem provinciae fidelem S. Romani Imperii vasallum Principem decent, ad Serenissimum Romanorum Regem, S. Imperatoriae Maiestatis<sup>3)</sup> nomine Imperii Romani administrationem tenentem, plenipotentes meos delegare. Obstitit autem bellum Livonicum, in quo mihi S. Regiae Vestrae Maiestatis imperatis pro officio fidelis vasalli obsequendum operaque illi mea navanda erat, quominus ei rei vacare potuerim.

Quia vero Domino Deo procurante pax inter S. Regiam Vestram Maiestatem et Livones constituta, constitua<sup>4)</sup> ius illud meum prosequi ac cum altero itidem ex fratre nepote meo, Domino Georgio Friderico<sup>4)</sup>, de nonnullis rebus eandem hereditatem concernentibus tractare, siquidem et eam ad rem dictus a me ei est dies legatique mei iam iter ingressi sunt, tandemque

a Serenissimo Romanorum Rege loco Imperatoriae Maiestatis investitum eiusdem petere. Tamen ne inconsulta S. Regia Vestra Maiestate negotium hoc aggrediar, officiosissime peto, ut quid illa expedire mihi arbitretur, clementer me doceat. [f. 308] Ego sane sic existimo non repugnaturam esse S. Regiam Vestram Maiestatem, si id, quod iure naturali per successionem legitimam mihi competit, postulavero, tametsi id ipsum non usque adeo mea, quam impuberis filii mei<sup>5)</sup> causa, cui ex pietate hoc paterna debo, agendum suscepit. Quod si S. Regia Vestra Maiestas sententiam meam (uti confido) non improbaverit, peto maiorem in modum, ut quamprimum cum hoc meo tabellario literas intercessorias pro me ad Serenissimam Romanorum Maiestatem Suam clementer iuxta formulam hisce inclusam, vel ex prudentiori S. Regiae Vestrae Maiestatis iudicio aptiore magisque accommodo et apposito, ad me mittere dignetur.

Quoniam autem subverendum est, ne proscriptionis decretum (cuius causam praebuit divi parentis S. Regiae Vestrae Maiestatis<sup>6)</sup> inhibitio, ne coram Camera Imperiali me sisterem) iuri huic meo, sicut in plerisque aliis, plurimum praeiudicij seu gravaminis sit allaturum, rem plane necessariam factura esset S. Regia Vestra Maiestas, si de eodem decreto tandem abrogando rationibus accommodis legitimo et commodo tempore uteretur, praecipue cum eius negotii tractatio ad amicabiles et S. Romanorum Regis et S. Regiae Vestrae Maiestatis tractatus remissa sit. Quam enim grave mihi sit in ea molestia, ex S. Regiae Vestrae Maiestatis divi parentis inhibitione cum meo meorumque non mediocri detimento orta, haerere, quantumque ea res, nisi transigatur, [f. 309] et nunc et in posterum mihi heredibusque meis gravaminis sit datura, ipsa S. Regia Vestra Maiestas facile intelligit. Itaque etiam atque etiam officiosissime oro, ut S. Regia Vestra Maiestas, pro amore in me singulari suo, de abrogando eo proscriptionis decreto aliquando operam navet, meque et posteros meos tam indignis multorum annorum molestiis liberet. Quod non gravatim facturam S. Regiam Vestram Maiestatem esse omnino mihi persuadeo. Datus ope-ram, ut quovis officiorum genere id ipsum demerear etc. Datae Regiomonti ut supra.

A. M[untzer]

a) *pro expuncto*: decrevi *suprascriptum*.

1) *Ferdinandus I.*

2) *Albertus iunior, filius marchionis Casimiri,  
fratris ducis Alberti, mortuus est 8.I.1557.*

3) *Carolus V.*

4) *filius marchionis Georgii, fratris ducis Alberti.*

5) *Albertus Fridericus (natus 1553).*

6) *Sigismundus I.*

N. 4604.

S.l., 12.XI.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitoru Ioannis Przerembski,*

*pro litteris, quibus de rerum Livonicarum processu et negotio restitutionis  
(scil. restitutionis in dignitatem archiepiscopi Rigensis) sibi perscripsit,  
gratias agit et rogit, ut porro etiam scitu digna, praesertim de iis, quae in  
aula regia geruntur, sibi referat..*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 336-336v.*

N. 4605.

E Regio Monte, 14.XI.1557.

*Albertus dux in Prussia  
palatino Masoviae [Stanislaw Ławski]  
postulat, ut subditus quidam regius Masovita, iurisdictioni eius subiectus,  
Golena (vel Golenia) Potrykowski nomine, cuius filius scultetum ex villa  
Corckau in Ducatu suo bombarda mancum reddidit, severe puniatur.  
Cfr. El. XL, N. 1629.  
Ostrpr. Fol., vol. 55, ff. 310-311.*

Palatino Mazoviae, XIII Novembris.

Petit in eum animadvertis, qui bombarda scultetum Corcaviensem  
mancum reddidit.

Expositus nobis Capitaneus noster Soldaviensis et fidelis dilectus Wilhelmus Krzineski<sup>1)</sup>, indignum quoddam facinus a Golena quodam Petrikawski non ita pridem in Ducatu nostro perpetratum. Nam cum Soldaviae sub salvo conductu eiusdem Capitanei nostri fuisset, ut negotium aut disodium potius, quod ibi cum subditis nostris habuit, componeretur et terminaretur, per ipsum autem stetisset, ut re infecta vicissim inde discederet, forte in via obvium habuit scultetum [f. 311] ex villa Corckau, subdito nostrum. Quem cum unde, cuias esset, interrogasset, ipse autem se de Corckau esse respondisset, confessim filius dicti Petrikawski bombardam in eum eiacylavit et traecto brachio ipsius mancum eum reddidit, multas insuper minas addendo, quod diceret se omnes eius pagi incolas hostiliter prosecuturum omnibusque se apertum hostem futurum. Ceterum cum idem Capitaneus noster hanc atrociem iniuriam multorum testimonio veram compresisset, conquestum se esse dicit ad Capitaneum Plocensem, Andream de Goltzewo, qui quidem non, uti decuit, ad rem respondere dignatus sit. Quare Magnificentiae Vestrae, ut supremo Ducatus Mazoviae praefecto, hoc negotium exponendum duximus. Quam etiam atque etiam obnixe rogatam facimus, dignetur hanc ipsam iniuriam et quantum inde mali atque incommodi oriturum sit, si nostris hominibus ius talionis permetteretur, diligenter considerare, detque operam, ut eiusmodi facinora debitibus modis puniantur et in posterum praecaveantur. Ita Magnificentia Vestra rem iustitiae et aequitati convenientem nobisque pergratam fecerit. Quam nostris studiis benigne compensabimus. Datae Regiomonti etc.

C. S[ilvius]

1) *Gulielmus Krzynecki (vel Skrzynecki), exul Bohemus, a duce Alberto capitaneus Soldaviensis nominatus.*

N. 4606.

E Regio Monte, 15.XI.1557.

*Albertus dux in Prussia  
Petro Gnojenski  
nuntiat se ex capitaneo suo Soldaviensi [Gulielmo Krzynecki] cognovisse,  
ipsum "non habita ratione regii mandati superioribus annis editi", nec*

*considerata ea in re admonitione sua, "etiamdum in proposito persevere et obstacula in flumine Nida facere"; hortatur eum, ut aut privilegium proferat, per quod ei eiusmodi obstacula facere liceat, aut a tali proposito desistat et facta iam obstacula destruat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 309-310.*

*N. 4607.*

*S.l., 29.XI.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,*

*Vincentium Ruszkowski (in ms. Allexander Rauski), subditum suum et regis fidelem per multos annos servitorem, commendat et rogat, ut eum regi commendet, quo ei pro tot fidelibus servitiis bene prospicere velit (cfr. N. 4608).*

(*Germanice*)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 336-337v.*

*N. 4608.*

*E Regio Monte, 30.XI.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwill "Nigro"*

*Vincentium Ruszkowski (Rausski), subditum suum et diuturnum regis servitorem, commendat et rogat, ut sic illi prospiciat, quo "et servitii sui diuturni aliquem fructum capiat, et alii hoc liberalitatis exemplo incitati diligentiores ad praestanda officia reddantur".*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 311-312.*

*N. 4609.*

*S.l., 3.XII.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarlo,*

*nuntiat se ei iurisdictionem super incolis pagi Labenen certis conditionibus concedere paratum esse.*

(*Germanice*)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 337v-338.*

N. 4610.

S.l., 7.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Catharinae reginae Poloniae et, mutatis mutandis, Gabrieli Tarto  
aulicum suum Ioannem Lupnitzki commendat et eum iuvari petit* ("damit er  
seine sache zu gutem ende bringen... möge").

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 338-339.

N. 4611.

E Regio Monte, 7.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwill,  
palatino Trocensi,  
negotium Ioannis Łoknicki, aulici sui, iam prius ei commendatum, iterum  
commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 313.

N. 4612.

E Regio Monte, 11.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwill  
"Nigro"*

*Nicolaum Brunowski, per longos annos aulicum suum, ad regem proficiscen-  
tem, laudat et rogat, ut eum albo aulicorum suorum ascribere dignetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 313-314.

N. 4613.

S.l., 11.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,  
Claudium Dorothium, "propter purioris doctrinae professionem" ex Gallia pro-  
fugum ("wegen bekennuss der reinen lehre von unserm hern und hei-  
landt Cristo aus Franckreich gewichen"), post multas peregrinationes ad  
regem Poloniae proficisci cupientem, ei commendat (cfr. N. 4616).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 339-339v.

N. 4614.

E Regio Monte, 12.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Georgium Lengefelt, subditum suum, in recenti expeditione Livonica vicepraefecti tormentorum bellicorum munere functum, "rei armamentariae scientia non vulgari" praeditum, commendat et petit, ut eum numero servitorum suorum cooptare dignetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 314-315.

N. 4615.

S.l., 12.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,*

*Claudium Dorotheum, nobilem Gallum, p[re]e aliis regibus christianis regi Poloniae servire cupientem, variarum rerum peritum, laudat et petit, ut eum regi, cui valde utilis esse poterit, commendet.*

Autogr. Sigill.

HBA,B, K. 1179.

Grosgunstiger, geliebter freund und gunner.

Ab ich wol allerley an euch zu schreiben, das ich diser eile halber und aus dem verhindert, weil ich euch disen dag ane das schreiben wollen und den erwaren und erntvesten Glodium<sup>1)</sup>, einen franzosischen edelman, der vor etzlichen wochen zu mihr kumen und bey dem ich anfenccklich vermercket, das er sunderlichen lust k.mt. vohr allen andern christlichen kungen zu dinen, sunderliche affection und neigung hat, mich angelanget, das er erfahren, das k.mt., mein gnedister her, als s.mt. und gnaden plutsfreundt und lehensfursten mit sundern gnaden gewogen, das an k.mt. ich ynen gnediglich also vordern wolte als denen, der seiner mt. zu dinen, wy ob stehet, vohr allen andern christlichen kunigen also zu dinen bey sich beschlossen. Wes er sich vohr s.mt. austhun wurde und mit der that nicht bezeugen, das als dan er ein leider seines rumens von k.mt. sein wolte. Welches ich auch yme aus christliche[r] liebe nicht abschlagen kunnen, fyl weniger als einem christen zu weigern, abzuschlagen gepuren wollen. Damit aber ich gleichwol auch nicht erfunden, das ich so gahr unwissent, wes er gleichwol von Got begnadet, ynen vorderte, hab ich ynen ein zeit bey mihr verhalten, damit ich auch erfahren mochte, was er kunte und fileicht wuste, damit ich ynen sofyl bas an k.mt., E.H. und andre vordern mochte und kunte. Hab derhalben filerley beredung und von filem thun mit yme gehabt, nicht einen dag, sunder fast deglichs, weil ich ynen bey mihr gehabt. In summa ich befinden an yme nicht einen geringen man, sunder, sofyl menschen zu gleuben, einen solchen, wo er dem Desboten<sup>2)</sup> nicht überlegen, doch pillich zu fergleichen, den er mit reutern und knechten ordenung zu machen, vortheil in felden zu ersehen, veltlager zu schlagen, zu befestigen, desgleichen auch heuser und stet in einer eile zu machen, solche zu belagern und beschissen mit schanczen und desgleichen an si zu kumen, guten verstandt und erfahrung hat, nicht leicht [p.2] fertig nach rumbretig, sunder stracks sagt, was er k.mt. weniger mit dem werck und dat beweisen wurt kunnen,

den er sich ausgewe, des wolle er ein leider sein. Und habe von ym sofyl gehoret, das ich den man also liebe, das mihrs dy dag meines lebens leit sein sollte, wo er von k.mt. nicht solt angenumen werden, den ich mercke sofyl an ym, das er auch s.mt. mit befestigung und anderm neben gemeldet wider Muschkawitter, Wallachen, Turcken und Dattern dinen wurt kunnen.

Weil er den auch sunderlich s.mt. zu dinen zum hogsten begirich und sich derohalben vohr allen andern christlichen kunigen aus hochem kunglichem rumb, den er von s.mt. in fremden landen erfarena), zu begeben angefangen, hat er mich auch gebeten, erstlich an k.mt. und hernachmols an meine gute[n] freundt und gunner zu vordern und zu ferschreiben. Weil ich aber euch nicht den geringsten meiner guten freunde halte, hab ich ynen an E.H. auch verschreiben wollen, sunderlich weil ich spure, das er erfahren. Warumb ich auch yne und dergleichen erliche leute, dy vor andern was wissen, zu vordern sofyl mehr gewogen. Und bitte euch sunderlich als meinen guten freundt, yr wollet im bey k.mt. vorderlich und hilflich sein auch von meinentwegen, das yn k.mt. anneme und nicht von sich lasse, den ich hof und getraw dem lieben Got, sovern s.k.mt. wollen, si solle einen pleibenden diner an ym haben. Des wolle sich auch E.H. mit yme selbst in unterredung einlassen und so es muglich, das k.mt., mein g.h., mit ym selbst in welscher sprach mit ym einlassen wolte, muglichen fleis furwenden, den so s.k.mt. mit yme selbsten von manicherley krigsleuften mit fragen einlassen, wurt s.mt. selbst nicht einen unferstendigen finden und wurt s.mt. auch selbst befinden, das s.mt. ichs zum besten vermeine.

Wollet euch derohalben kegen yme vorderlich erzeigen, den wes disfals seiner person beschihet, [p.3] wille ich auch mihr nicht weniger achten, als wehre mihrs selbst widerfare, und neben yme umb E.H. verdinien, dy ich hiemit Gottes gnaden und schucz seliglich thu befelen. Euch wunsche ich hirneben ein gluckliches zukumendes newes iahr und antworte auf ewer neher schreiben, das mihr heut datis worden, weiter. Bedancke mich aber zum vordersten kegen meiner gnedisten fräwen, k.mt.<sup>3</sup>), der gnedisten vorderung kegen den gesanten ro.k.mt.<sup>4</sup>) botschafern, dy mihr warlich sunderlich. Aber der her vom Newen Haus von ier mt. also gerumet, das ich auch nicht kan wissen, wy ich ymer mehr ier mt. genungsamb verdanken kan, wil gesweigen, verdinien. Hat sichs auch horen lassen, er wols ro.k.mt. nicht sveigen, hab ynen auch, sofyl mihr muglich und mein arm haushaltung vernocht, gute gesellschaft geleistet, das ich hof, sy mit mihr zufriden, haben sich hoch kegen mihr erboten. Wil mich sunderlich zu dem herren von Newenhauß alles guten verhoffen. Hab auch befunden, das er sich gancz vertrewlich verhalten, hab aber nicht ursach gehabt der acht halber etwas kegen yme zu gedencken. Und hab dise dag gehoret, das in an der Weischelz) etwas widerwertigs zugestanden sein solle und umb einen watschack gekumen, der in untergangen sein solle im eise, den sy sehr glagen sollen. Weis aber nicht furwahr, hof ein bessers zu erfahren. Datis in eile den 12 Decembbris anno 1557.

Der elter marggraff etc.

*In dorso alia manu:* Dem edlen und ernvesten unserm besondern lieben Gabrieln Terla, ko.mt. zu Polan etc. hoffmeister, castellan zu Radom und heuptman uff Chelm.

a) erfahren bis scriptum.

2) *Iacobus Heraclides Basilicus, despota Sami.*

z) sic in ms.

3) *Catharina Austrriaca.*

1) *Claudius Dorothius* (cfr. NN. 4613, 4616).

4) *Ferdinandus I.*

E Regio Monte, 15.XII. 1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwill  
"Nigro" et Andreeae Trzecieski*

*Claudium Dorothium, natione Gallum, rerum bellicarum peritum, laudat et  
commendat (cfr. N. 4613).*

*Cfr. El. L, N. 575.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 315-317.*

Regi Poloniae pro Claudio Drohocio<sup>a</sup>) natione Gallo.

Mutatis mutandis Duci in Olika et Andreeae Tricesio<sup>l</sup>) scriptum est, XV  
Decembris.

Serenissime Rex etc.

Cum praesentium hic exhibitor, nobilis Claudius Drohocius, natione Gallus<sup>b</sup>), varias regiones magnorumque Regum ac Principum aulas lustrasset, atque ad S. Regiam Vestram Maiestatem quoque profecturus suaque illi obsequia oblatus apud me descendisset, inter familiaria, quae cum illo contuli [f. 316] colloquia, animadverte ipsum esse hominem et industrium et multarum rerum scientem, praecipue vero rerum bellicarum, tum in castris metandis, quam aciebus variis modis et ordinibus instruendis, muniendarumque urbium et castrorum mira celeritate et arte peritisimum. Itaque praetermittere non potui, quin egregio illi viro ad S. Regiam Vestram Maiestatem proficisci literis meis facilem ad eandem aditum facerem, deque meliori ipsum nota S. Regiae Vestrae Maiestati commendarem, tametsi is suapte virtute intercessione seu commendatione aliqua minime indigere videatur. Maiores autem in modum S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut ipsius scientiam probet ac ipsa illi colloquatur. Intelliget sane omnem commendationem non tam verbis, quam re ipsa superaturum. Naturam enim copiae quasi cornu omnis generis experientiam in illum contulisse existimo. Quo fit, ut non modo suasor, sed, ut verum fatear, et diligens hortator fuerim accedendi ad S. Regiam Vestram Maiestatem. Libenter enim tales viros S. Regiae Vestrae Maiestati cupio esse praesto, qui et variarum magnarumque rerum scientia abundant, et non sine admiratione alios excellunt. Talem autem hunc Claudium esse multis variisque sermonibus, quos cum illo habui, egregie perspexi. Ac S. Regia Vestra Maiestas quoque non dissimilem experietur, [f. 317] ubi eo uti cooperit. Nam quod verbis profitetur, re ipsa etiam confirmatur est. Itaque iterum atque iterum clarissimum virum S. Regiae Vestrae Maiestati commendo, charumque ut habeat, oro. Quicquid enim in illum contulerit (tametsi parvo contentum fore existimo), non male id se posuisse cognoscet. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

a) *sic in ms., in litteris vero Germanicis ad Erhardum a Kunheim datis: Claudius Dorothius (cfr. N. 4613).*

b) *hic in litteris ad Kunheim datis: wegen*

*bekentnuss der reinen lehre von unserm  
hern und heilandt Cristo aus Frankreich  
gewichen (cfr. N. 4613).*

l) *Andreas Trzecieski iunior († 1584).*

E Regio Monte, 16.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
pro senatu Elbingensi, iniuste a quibusdam tranquillitatis publicae turbatori-  
bus paegravato et oppresso.  
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 317-318.*

Regi Poloniae, XVI Decembris.  
Pro Elbingensibus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime etc.

Cum praesentium hic exhibitor, internuntius senatus civitatis Elbingensis, apud me ad S. Regiam Vestram Maiestatem profecturus descendebat, ac nomine eiusdem senatus gravamina quaedam mihi exponeret, petrebatque de meliori nota se causamque dominorum suorum S. Regiae Vestrae Maiestati per me commendari, facere non potui, quin precibus illius annuerem. Tametsi omnino mihi persuasum habeam S. Regiam Vestram Maiestatem pro singulari clementia sua aequa potentibus clementer assensuram esse, tamen ne hac ex parte fidelibus S. Regiae Vestrae Maiestatis subditis in re, ut mihi sane videtur, per se iusta desim, officiosissime oratam habeo illam, ut negotium Elbingensem accurate perpendere ac pro regia clementia ita moderari dignetur, ut ipsi se mea hac intercessione adiutos fuisse gaudere possint.

Quod autem tanto impensius toties a S. Regia Vestra Maiestate idem contendo, facit singularis senatus Elbingensis in S. Regiam Vestram Maiestatem fides et observantia, quam ego multis hactenus argumentis perspexi, tum quod eiusmodi malorum semina, quorum authores sunt homines (ut mihi renuntiatum est) levissimi, libenter e medio [f. 318] sublata cuperem, ne in unius aut alterius gratiam tota Respublica discrimini exponatur vel, ut obici solet, ex parva scintilla ingens aliquando incendium surgat.

De his autem omnibus memini me aliquoties pro fide mea ad S. Regiam Vestram Maiestatem scripsisse et coram officiosissime multa prae-  
monuisse. Maiestatis Vestrae erit tandem clementer ea expendere. Quan-  
tum enim S. Regiae Vestrae Maiestatis intersit his occurtere, minime  
obscurum est, ipsaque S. Regia Vestra Maiestas prudentius me providet, ut  
eo minus quoque dubium mihi sit S. Regiam Vestram Maiestatem inferiore  
potius loco habituram esse frivolas querundam querimonias quam totius  
Reipublicae incolumentatem. Quod factura est S. Regia Vestra Maiestas, si  
senatum Elbingensem iniuste a quibusdam, quibus fortassis tranquillitas  
eius Reipublicae non est cordi, paegravari passa non fuerit facilemque ac  
clementissimum se Regem illorum precibus paebuerit. Erit hoc S. Regiae  
Vestrae Maiestati et honorificum et utile, mihi vero tam gratum, ut quam  
gratissimum, sic sane, ut quicquid S. Regia Vestra Maiestas, meis adducta  
precibus, in senatum Elbingensem vel gratiae seu clementiae contulerit, eo  
sim loco habiturus, ac si tantundem in me ipsum contulisset. Ipse autem  
senatus, memor huius regiae clementiae, nihil prorsus in se desiderari pas-  
surus est, quod ad officium fidelium subditorum pertinet, gratumque per-  
petuis suis obsequiis S. Regiae Vestrae Maiestati se exhibebit. Datae Regio-  
monti.

A. M[untzer]

E Regio Monte, 16.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
pro Elbingensibus (cfr. N. praeced.).*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 320-321.*

Duci in Olika, XVI Decembris.

Pro Elbingensibus.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Obscurum nobis non est, quam diligenter ac benigne Illustritas Vestra multoties et nostro adducta rogatu, et spontanea quoque animi propensione, Elbingensium causas iuverit promoveritque. Quo fit, ut ipsi in quibusvis difficultatibus suis ad Illustritatem Vestram tanquam ad asylon recte confungere videantur. Itaque cum eius civitatis senatus per internuntium hunc suum nobis significasset, denuo negotium sibi dari mandatorum contrarietate, instinctu malevolorum quorundam surrepticie fortassis a S. Regia Maiestate obtentorum, eaque in re patrocinium Illustritatis Vestrae benignissimum imploraturum esse, maiorem a nobis in modum contendit nostra se intercessione hac ex parte apud Illustritatem Vestram iuvari, ut opera et auxilio Illustritatis Vestrae mandatorum contrarietas tollatur causaque ea, qua idem senatus nunc praecipue praegravari se queritur, autoritate regia perpetuo adversae parti imposito silentio vel sopiaatur, vel ad generalem Regni conventum reiciatur, quemadmodum ex proximo conventu Varschoviensi eo reiecta esset, nunc autem sinistris quorundam [f. 321] fortassis documentis nova citatione ad tribunal S. Regiae Maiestatis revocata, sicut fusius haec Illustrati Vestrae coram internuntius hic, quem ipsa Illustritas Vestra benigne atque accurate audire dignetur, explicabit. Nos etsi scimus Illustritatem Vestram Elbingensibus in rebus iustis et aequis ex animo bene velle, ut nulla ad Illustritatem Vestram commendatione indigere videantur, tamen petitioni illorum satisfaciendum esse putavimus.

Itaque Illustritatem Vestram quam maiore possimus studio proque amicitiae et fraternitatis nostrae necessitudine, qua nos ab ipsa amari plurimum precibusque illam nostris facilem esse scimus, oratam habemus, ut quod vel ultro facturam existimamus, negotium hoc Elbingensium sibi de meliori nota commendatum habeat, efficiatque opera et autoritate sua, qua apud S. Regiam Maiestatem valet plurimum, ut querelae senatus Elbingensis locus detur. Nec patiatur S. Regia Maiestas fideles suos subditos totamque Rempublicam in unius hominis gratiam ita exagitari, vel tot inutilium sumptuum profusione partis adversae vilipendio exponi. Quam enim levia eiusmodi dissensionum principia ut plurimum magni mali fomentum alere soleant, Illustritatem Vestram pro sua prudentia scire et praevidere non dubitamus, ut persuasum nobis omnino sit Illustritatem Vestram ex re et commodo S. Regiae Maiestatis his praecavendis operam studiumque omne suum haud gravatim interposituram esse. Erit hoc Illustrati Vestrae honorificum et Reipublicae salutarea<sup>a</sup>, nos vero amicis et fraternis nostris officiis id ipsum demereri studebimus etc. Datae Regioni monti.

A. M[untzer]

a) *in ms. salutem.*

N. 4619.

E Regio Monte, 16.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
rogat, ut litteras ad comites palatinos Rheni et ducem Wirtembergensem,  
oblata nuntii commoditate, maturare velit.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 319.*

Duci in Olika, XVI Decembris.

Petit literas maturari pertinentes ad Ducem Palatinum Rheni<sup>1)</sup> et Wirtenbergensem<sup>2)</sup>.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Intelleximus ex Magnifico Domino Palatino Marienburgensi<sup>3)</sup> Illustris Principes, Dominum Electorem et Comites Palatinos Rheni, necnon Illustrem quoque Dominum Ducem Wirtenbergensem, indies literas eas, de quibus Illustritati Vestrae constat, expectare. Itaque cum hic se nobis nuntius ita commode daret, amice ac fraterne Illustritatem Vestram submomendam esse ducebamus, ut in maturandis iis literis operam suam navare non gravaretur. In quo facilem fore Illustritatem Vestram minime dubitamus. Factura Illustritas Vestra rem nobis gratam. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

#### Cedula

Literas hisce inclusas Illustris Dominus Ioannes Albertus Dux Megapolitanus ad nos misit petivitque, ut perferri eas ad Illustritatem Vestram curaremus, utque Illustritas Vestra illas, quae S. Regiae Maiestati Poloniae inscriptae sunt, in manus eius Maiestatis reddere non gravaretur. Quod haud gravatim facturam esse Illustritatem Vestram arbitramur. Quicquid autem Maiestas Sua et item Illustritas Vestra ad eas rescripserit, illud nobis mitti petimus. Curabimus enim, ut primo quoque tempore ad Dominum Ducem Megapolensem perferantur. Datum ut in literis.

1) *Otto Henricus.*

2) *Christophorus.*

3) *Achatius Czema.*

N. 4620.

E Regio Monte, 17.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
de studio eius in "propaganda veritate evangelica" gaudet et gratulatur et  
prosperrimos in hoc instituto successus ei exoptat; rogat, ut regem submo-  
neat spei sibi factae de castri Roggenhausen redemptione Achatio Czema  
concedenda.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 322-325.*

Duci in Olika, XVII Decembris.

Precatur instituto suo in propaganda veritate evangelica prosperos successus. Item petit rationem haberi Palatini Marienburgensis<sup>1)</sup> in negotio redemptionis praefecturae Rogenausen.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Magnificus Dominus Achatius Zcema, Palatinus Marienburgensis, Vilna ad nos reversus, inter cetera nobis de Illustritate Vestra amplissima retulit, praecipue vero, quam bene Illustritas Vestra de religionis negotio speret. Quo nuntio nihil sane in rerum natura nobis potuisset accidere gratius iucundiusque. Deum precamur, ut spiritu sancto suo corda hominum divinitus gubernet ac regat, ut propediem pium hoc institutum ad aedificantam Christi ecclesiam provehatur, viresque de die in diem sumat ac in iustum tandem messem excrescat. Quam ad rem iuvandam pio Illustritatem Vestram zelo propendere idem Dominus Palatinus praeter alia vere heroica et Principe christiano digna honorifice de Illustritate Vestra nobis depraedicavit, sic sane nihil prius antiquiusque sibi Illustritatem Vestram ducere, quam dies noctesque propagandae veritati evangelicae incumbere. Quae etsi nobis magna ex parte iam pridem de Illustritate Vestra non ignota fuerunt, tamen cum ex predicto Domino Palatino excellentius id confirmari intelligeremus, non potuimus non precibus ad Deum nostris operae Illustritatis Vestrae sacrosanctae gratulari faustaque ac prosperrimos quosque successus illi exoptare. Cumque nobis ita ad Deum preces nostras flectentibus in mentem [f. 323] venerit illud Psalmistae, ubi reges et principes nutritores fore ecclesiae dicuntur, divinitus Illustritatem Vestram pio huic operi adhiberi iudicavimus, ut quae posthabitis omnibus tanto animi ardore in septentrionali illa parte animabus, salutem aeternam sipientibus, praesto sit ac talentum sibi concretum tam magno foenori exponat. Aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi conatus Illustritatis Vestrae pios secundet, conservet ac protegat. Quod facturum esse multa Sacrae Scripturae testimonia nos solantur. Quam bene autem apud Deum Illustritas Vestra positura est omnia, quaecumque pro honore divino amplificando suscipit, ipsa non est nescia, siquidem in futuro saeculo et Illustritatis Vestrae et omnium ecclesiae christianaे patronorum merces erit magna, ut taceamus immortalem nominis Illustritatis Vestrae celebratatem, quam hic nulla obliteratura est aetas. Quod si nos quoque ad opus hoc pium adiumento esse quacumque ex parte poterimus, nihil sane eorum praetermissuri sumus, quae hominis christiani sunt, siquidem propagandae et asserendae orthodoxae religioni debere nos non modo facultates nostras, sed vitam etiam ipsam agnoscamus. Tametsi posse nostrum per exiguum est, qualecumque tamen illud Domino Deo committimus, spirituque illius nos gubernante, id omne in utilitatem ecclesiae christianaē libentissime conferemus.

Ceterum Illustritatem Vestram latere nolumus, intellexisse nos ex eodem Domino Palatino, latam esse contra se a S. Regia Maiestate sententiam, quod Magnificentia Sua, et literis et pollicitationibus quibusdam regiis freta, minime speraverat. Quia vero eam rem animadvertisimus eius Magnificentiae non parvo esse dolori, tantoque inde animi maerore illam affici, non potuimus non eius Magnificentiae condolere, cum quod [f. 324] a multis annis eum esse virum cognovimus, qui nihil magis cupiat, quam fidem et obsequium suum S. Regiae Maiestati et inclito Poloniae Regno in quibusvis sincere et candide probari, quod nos in proximo bello Prutenico, cum parvo nostro commodo, satis egregie in illo experti sumus, tum quod praestantissimi viri laudem meretur ac cum dignitate S. Regiae Maiestatis

ad quaevis S. Regiae Maiestatis Suae iussa promptus semper paratusque fuerit, atque eo animo fore ad ultimum vitae suae halitum plane confidimus. Sed cum id, quod S. Regiae Maiestati in ferenda ea sententia placuisse videtur, mutari nequeat, aequius id ferendum esse censemus. Tamen uti scrupulus hic doloris aliqua ex parte eidem Magnifico Domino Palatino leniatur vel prorsus tollatur, id hac ratione fieri posse speramus, si S. Maiestas Regia, precibus nostris ante annos aliquot adducta, visa est p[re]a[re] aliis in castri Rogohausen impignoratione redimenda eidem Palatino clementissimam spem per nos fecisse. Hanc rem cum per neminem melius dexteriusque S. Regiae Maiestati in memoriam reduci ac confici posse arbitremur, quam Illustritatis Vestrae opera, itaque amice ac fraterne illam oratam habemus, ut per occasionem aliquam commodam S. Regiam Maiestatem spei nobis factae submonere ne gravetur. Decrevimus enim, ubi per Illustritatem Vestram edocti fuerimus ne adhuc abnuere S. Regiam Maiestatem nostrae intercessioni, eam rem apud S. Regiam Maiestatem Suam altera denuo submonitoria intercessione nostra urgere.

Quod [f. 325] vero eam pollicitationem S. Regiae Maiestati in memoriam nunc temporius aliquanto reducendam esse putavimus, monet nos quorundam desiderium, qui propinquos suos ad altiorem dignitatis gradum evehere conantur, quod idem petituros esse a S. Regia Maiestate congnovimus. Id quod Illustritati quoque Vestrae constare accepimus. Tametsi Serenissimam Reginam Poloniae seniorem<sup>2)</sup> expectativam habere intelleximus, illam tamen facile consequuturos nos a Maiestate illius Reginali confidimus, ubi assensum in id suum S. Regia Maiestas nobis dederit. Idcirco iterum atque iterum Illustritatem Vestram ac maiorem in modum oratam habemus, ut negotium hoc nostri causa et in gratiam dicti Domini Palatini sibi commendatissimum habeat efficiatque, ut quod S. Regia Maiestas non obscure nostro iam pridem rogatui dedisse videtur, sua opera ac procuraione accidente non difficulter obtineatur. Factura Illustritas Vestra rem nobis longe gratissimam ac amicis fraternisque officiis nostris compensandam. Quod superest, Illustritatem Vestram feliciter valere exoptamus petimusque, ut maturare hoc negotium nobisque, quod confecerit, primo quoque tempore rescribere ne gravetur. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) Achatius Czema.

2) *Bona (initio anni 1556 ex Polonia discessit, 19.XI.1557 obiit).*

N. 4621.

S.l., 17.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski,  
litteras eius, Vilnae 4.XII. datas, una cum adjunctis litteris regiis se accepisse  
nuntiat et pro perscriptis novitatibus gratias agit; de regis et reginae bona  
valetudine gaudet; litteras eius se exspectare scribit, quae de exitu rerum  
Livonicarum, praesertim de negotio fratris sui Gulielmi, archiepiscopi  
Rigensis, pristinæ dignitati et honori restituendi, se certiorem reddant.  
(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 340-340v.*

N. 4622.

S.l., 17.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,  
nuntiat rumorem ad se pervenisse de legatorum Sueticorum, ad regem Polo-  
niae iter facientium, Gedanum adventu; scire cupit, verum-ne hoc nun-  
tium sit necne.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 340-341.*

N. 4623.

S.l., 21.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,  
de audacia et petulantia, a palatino Plocensi [Alexandro Ilłowski] erga subditos  
suos districtus Insterburgensis sine ulla causa exhibita, queritur et rogat,  
ut regi de ea referat.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 341-341v.*

N. 4624.

E Regio Monte, 23.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
notum facit, quid in conventu civitatum Hanseaticarum erga Regni Angliae  
subditos constitutum et decretum sit, et sententiam suam ea de re profert.*

Cfr. El. XXXI, N. 720.

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 325-328.*

Regi Poloniae, XXIII Decembris.

Scribit, quid civitates Ansehe concluserint et quid sibi ea in re consul-  
tum esse videatur.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Latere S. Regiam Vestram Maiestatem nolo perlatum ad me esse civi-  
tates maritimas, vulgo Ansehe dictas, non ita pridem conventum habuisse  
atque in eodem decrevisse Regni Angliae incolis libera illis hactenus in  
iisdem civitatibus mercimonia interdicenda esse, propterea quod Serenissi-  
mus Angliae Rex<sup>1)</sup> [f. 326] civitatum illarum privilegiis in Angliae Regno  
multa derogasse diceretur. Itaque publico iam ab ipsis interdicto cautum  
esse, ut ne quis civitatum earum subditus cum Anglis negotiaciones ullas  
quoquo modo exerceat. Fertur et illud quoque ab iisdem civitatibus consti-  
tutum esse, quod si Serenissimum Angliae Regem (siquidem et Inferioris  
Germaniae dominus est) hoc in Angliae subditos promulgatum edictum  
parum moverit, velle quoque se idem in Inferiores Germanos statuere  
eorumque naves mari prohibere. Cui praeter alias constitutiones illud quo-  
que accedit, quod in iisdem civitatibus publica inhibitio facta est, ne quis

inscio senatu extera mereatur belli stipendia. Quod etsi meo permisso a senatu trium mearum urbium Regiomontanarum<sup>2)</sup> factum quoque est, parvi tamen id, quantum ad ipsos, faciendum est. Praeter autem haec omnia renuntiatum mihi est sindicu[m] Coloniensem cum proconsule Lubencensi, et aliis praedictarum civitatum destinatis ad S. Regiam Vestram Maiestatem legatis, iam Gedani esse ac recta hac ad S. Regiam Vestram Maiestatem profecturos. Qui, ut ego coniicio, id agere studebunt, ut S. Regiam Vestram Maiestatem in ipsum sententiam permoveant, ut nisi Serenissimus Angliae Rex tractatibus locum dederit pristinamque privilegiorum libertatem maritimis civitatibus restituerit, autoritate S. Regiae Vestrae Maiestatis accidente Anglis prohibeatur libera facultas negotiandi in illis urbibus et oppidis S. Regiae Vestrae Maiestatis, quae civitatibus Ansehe coniunctae sunt.

Quae [f. 327] res quid paritura sit, prudentius S. Regia Vestra Maiestas praevidet, quam vel cogitari a me queat. Ego sane S. Regiae Vestrae Maiestati Regnoque illius commodum vel utilitatem aliquam inde nullam inventio. Quin potius ilud vereor, ne non magnum et exitiale bellum hinc exardescat. Quantum autem mali, si hoc (quod Deus prohibeat) acciderit, terris S. Regiae Vestrae Maiestatis immineret, vel imprudens facile intelligit. Nam si maritimum moveretur bellum, praeter alia his terris iam pridem intentata pericula, enorme detrimentum Regno S. Regiae Vestrae Maiestatis daretur. Proventus enim illius eo deportari non possent, ubi a multis annis divenditi in pretio fuerunt. Quare non modo vilescere eos, verum etiam prorsus deperire necesse esset, sicut haec omnia S. Regiam Vestram Maiestatem cum amplissimis suis senatoribus exactius me ponderaturam esse minime dubito. Ego sane quod haec mihi scribenda ad S. Regiam Vestram Maiestatem sumpsi, pro fidei id meae debito feci, siquidem omni ex parte ad S. Regiae Vestrae Maiestatis inclitique Regni illius commoda provehenda, ad damna vero et pericula, quoad possum, avertenda teneri me agnosco. Quod si quorundam arbitratu[m] consentiente quoque in praedictam inhibitionem S. Regia Vestra Maiestate, exilis quaedam utilitas ex ea dari fortassis posset terris S. Regiae Vestrae Maiestatis, an non pluris facienda est magnitudo periculi et multarum offensionum non ita facile restinguendus fomes, si in Regis necessarii subditos tale quid statueretur?

Sed de his tantum S. Regia Vestra Maiestas pro singulari sua prudentia ingenique praestantia haec multo dexterius me examinatura est, verum illud addo, ut ne S. Regia Vestra Maiestas festinet praedictorum legatorum petitionibus annuere, sed in tempus eam rem deliberandam differat, donec ex aliis documentis temporis successu, quid S. Regiae Vestrae Maiestati eiusque Regno hinc accrescere vel decrescere, seu quid magis expedire posse videatur, intelligat. Officiosissime autem peto, ut S. Regia Vestra Maiestas mihi clementer ignoscat, quod non requisitus [f. 328] de animi mei sententia haec ad illam scribo. In quo tamen mihi facile temperasse, nisi me fidei meae debitum ad hoc adegisset, tum quod temporius de legatorum adventu, qui, ut accepi, circa festum Epiphanias Domini Villnae adfuturi sunt, S. Regiae Vestrae Maiestati significandum esse aliquid putavi. Quod superest, me S. Regiae Vestrae Maiestatis clementiae deditissime commando illamque diu salvam et incolumem esse percupio. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Philippus.*

2) scil. *Königsberg Altstadt, Löbenicht, Kneiphof* (*Cnipavia*).

*E Regio Monte, 23.XII.1557.*

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. cancellario [Ioanni Ocieski]*

*rogat, ut regi suasor et hortator sit, ne in negotio civitatum Hanseaticarum et  
Anglico "festinanter aliquid decernat, aut assensum suum in alterutram  
partem praebeat", nisi prius cognoverit, quid ea in re sibi et Regno  
magis expediat (cfr. N. praeced.).*

*Cfr. El. XL, N. 1630.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 328-330.*

Supremo Regni Poloniae Cancellario, XXIII Decembbris.

Petit, ut suasor S. Regiae Maiestati sit ad ea, de quibus ad Maiestatem  
Suam scribit.

Magnifice ac Generose, Amice nobis charissime.

Ex literis Magnificentiae Vestrae, quas proxime ad nos dedit, intelleximus cupere Magnificentiam Vestram, ut quotiescumque opera illius apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, in negotiis nostris uti vellemus, ut vel rem totam Magnificentiae Vestrae literis nostris perscriberemus, vel literas ad S. Regiam Maiestatem nostras in manus Magnificentiae Vestrae dari curaremus. Ita enim et magis commode et recte expediri ab illa posse omnia. Haec Magnificentiae Vestrae sententia ut nobis maxime probatur, ita pro singulari illius in nos propendente benevolentia Magnificentiae Vestrae gratias agimus, eas quidem quas debemus maximas, inque demerendo eo nullam nobis occasionem elabi patiemur.

Quia vero et hoc tempore ita res fert, ut quaedam ad S. Regiam Maiestatem de [f. 329] Anglico et maritimorum civitatum negotio scribenda nobis sumpserimus, decreveramus quidem rem totam Magnificentiae Vestrae exponere. Sed cum longa lectione epistolae Magnificentiae Vestram, aliquo arduis Regni negotiis occupatissimam, minime molestandom esse existimaremus, tantundem fore arbitrati sumus, si literas ad S. Regiam Maiestatem a nobis scriptas per Magnificentiam Vestram Maiestati Suae reddendas perlegendasque curaremus. Itaque unice Magnificentiam Vestram oratam habemus, ut ne gravetur ea, quae scribimus, eius Maiestati offerre. Cumque intellectura sit, quae ad nos de maritimis civitatibus perlata sint, quid ab illis constitutum decretumque sit, quidque nos eo de negotio pro qualicumque intellectu nostro sentiamus, non dubitamus Magnificentiam Vestram, pro amplitudine et prudentia sua, multo accuratius de iis rebus cogitaturam esse, sic sane, ut non modo S. Regiae Maiestati suasor, sed hortator admonitorque sit futura, ne Maiestas Sua in hoc negotio festinanter aliquid decernat, aut assensum suum in alterutram partem praebeat, nisi omnibus prius mature deliberatis vere cognoverit, quid hac in re S. Regiae Maiestati Suae inclytoque eius Regno magis expedire, seu detrimento esse queat.

Aderunt fortassis nonnulli (ad quod et nos suspicamur sindicum Gedanensem subordinatum esse), qui haec in alteram partem flectere conabuntur ac pericula Regni, finem huius rei non respicientes, vel prorsus nulla vel certe levia aestimaturi sunt. Hic ne S. Regia Maiestas facile permoveri se patiatur, et Maiestatis Suae et totius Regni permagni interest. Id ipsum autem a Magnificentia Vestra eo diligentius fideliusque apud S. Regiam

Maiestatem curatum iri plane confidimus, quo maiore illam studio com-  
modis Regni Poloniae provehendis naturae ductu ac amore patriae ultro  
propendentem esse scimus. Nos sane id, quod sentimus, candide fatemur.  
Si S. Regia Maiestas civitatibus maritimis assensa fuerit, non [f. 330] modo  
nihil utilitatis S. Regiae Maiestati, quin potius magno id cum S. Regiae  
Maiestatis et totius Regni incommodo futurum nos subvereri. Sed cum  
Magnificentia Vestra nos prudentia et providentia longe superet, expenden-  
dam illi discutiendamque hanc rem committimus. Quam iterum atque ite-  
rum per amice oramus, ut si quae his contraria ad persuadendam S.  
Regiam Maiestatem producta a quocumque fuerint, diluere ea ne gravetur.  
Erit hoc Magnificentiae Vestrae olim honorificum, toti vero Regno Polo-  
niae salutare et utile, nobis vero, qui ex fidei haec nostrae debito, licet non  
requisiti, consulimus, gratissimum. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4626.

E Regio Monte, 29.XII.1557.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwill*  
*"Nigro"*

*pro Thoma Koss, cive Regiomontano, intercedit et rogat, ut ei rex facultatem  
concedere dignetur ex Magno Ducatu Lithuaniae exportandi cineres, quos  
illuc apud quosdam debitores suos habet, "ut ea ratione ad suum tandem  
pervenire possit" et creditori suo, Christophoro a Kreitzen, castri Regio-  
montani Burggravio, debitam reddere pecuniam.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 330-331.*

N. 4627.

S.L., s.d. [1557].

*Albertus dux in Prussia*

*consulibus Caunensibus*

*pro Ioanne Hun, cive Caunensi, controversiam cum quibusdam adversariis  
habente, intercedit et rogat, ut ei iustitiam administrent.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 43, f. 228.*

# 1558

N. 4628.

E Regio Monte, 3.I.1558.

*Albertus dux in Prussia  
regi Galliae [Henrico II]*

*pro Ioanne Boileman, Ioanne Schachtman, civibus Gedanensibus, necnon  
Christophoro Ottendorff aliisque servitoribus suis, quibus bona quaedam  
plurima, tribus navibus per Nicolaum Wolers, Ulricum Treger et Ioannem  
Meissner naucleros vecta, in mari a classis Gallicae praefecto intercepta  
sunt, intercedit et petit, ut eisdem servitoribus suis bona ablata restitui  
iubeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 350-351.

N. 4629.

E Regio Monte, 4.I.1558.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
rogat, ut terrarum Prussiae thesaurario [Ioanni Kostka] mandet, quo hoc  
anno annuam suam pensionem, circa tempus Paschatis numerari con-  
suetam, ad 20 diem Februarii sibi persolvat, quo creditoribus suis satisfa-  
cere possit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 732.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 342-343.

N. 4630.

E Regio Monte, 4.I.1558.

*Albertus dux in Prussia  
capitaneo Lomsensi [Hieronymo Modliszewski]  
a capitaneo suo Iohannisburgensi certior factus aliquot subditos suos "Lomsa  
domum profecturos cum silagine, quam pro necessitate domestica illic  
emerant, equis, curribus rebusque omnibus, quas secum vexerant, non*

procul ab oppido Colna exutos esse eo praetextu, quod vectigalibus in Colna non ita nuper constitutis se subduxissent", *hortatur eum, ut res omnes subditis suis ablatas restitui iubeat* ("ne si id factum non fuerit, vel inviti cogamur hanc rem ad S. Regiam Maiestatem deferre").

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1632.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 341-342.

N. 4631.

E Regio Monte, 4.I.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gulielmo Pageto, regis Angliae consiliario,*

*Ieremiam a Pelken, servitorem suum, citis itineribus in Portugalliam a se missum, commendat et rogat, ut ei* ("siquidem per Angliae Regnum propter bellorum tumultus iter illic faciendum est") *adiumento sit, quo obtentis publicae securitatis litteris per dispositos equos quam celerrime iter suum confidere queat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 343.

N. 4632.

E Regio Monte, 4.I.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*nobilem Ioannem Bogdanum Kopeć (Koppetz), aulicum suum, aliorum principum aulas videre cupientem, commendat et rogat, ut eum albo ministrorum suorum ascribere velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 343-344.

N. 4633.

E Regio Monte, 4.I.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*regi Galliae [Henrico II]*

*Ieremiam a Pelken, servitorem suum, in Portugalliam citis itineribus prope-  
rantem, commendat et rogat, ut ei, per Regnum Galliae et eius provincias  
transire coacto, publicae securitatis litteras dare velit, quo eo securius ire  
et redire possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 344-345.

N. 4634.

E Regio Monte, 4.I.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*classis Gallicae praefecto*

*rogat, ut quibusdam servitoribus suis bona, tribus navibus vecta, ab eo intercepta, restituenda curet (cfr. N. 4628).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 351-353.

N. 4635.

E Regio Monte, 6.I.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*aulae suae impensas contrahere cupiens et propterea servitores suos "volens holens" magna ex parte dimittere coactus, rogat, ut rex Georgium Jerlach, servitorem suum, numero regiorum pyxidariorum ascribere dignetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 346-347.

N. 4636.

E Regio Monte, 6.I.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Kurtzbach, decano Gnesnensi et canonico Cracoviensi,*

*ad nuptias "moratissimae virginis Margarethae", eius ex fratre neptis, cum Samuele libero barone ab Heydeck 20 Februarii celebrandas eum invitat.*

(Latine)

Cfr. EL. XL, N. 1636.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 345-346.

N. 4637.

E Regio Monte, 7.I.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Alberto Przyjemski*

*ad nuptias inter Samuelem liberum baronem ab Heydeck et nobilem Margaritam, defuncti Alexandri Kurtzbach filiam, 20 die Februarii celebrandas eum invitat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 347-348.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
de zelo eius in "propaganda veritate divina" gaudet; litteras eius ad principes  
Germaniae destinatas se libenter ad eos transmissurum esse et eum de  
mora in respondendo excusaturum promittit.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 348-349.*

Duci in Olika, VIII Ianuarii.

Studium illius in propaganda veritate evangelica laudat promittitque  
se litteras ad Principes Germaniae velle mittere.

Officia nostra amica etc.

Binas Illustritatis Vestrae literas, eodem tempore Vilnae datas, simul  
accepimus. Ex quibus alteris Illustritatis Vestrae verum et pium affectum  
erga christianam religionem et maximum studium propagandae veritatis  
divinae liquido cognovimus. Quae res maxima sane et mirifica nos laetitia  
perfudit, precamurque Deum Optimum Maximum, ut suum opus, quod in  
Illustritate Vestra operari cepit, magno cum fructu et emolumento totius  
Orbis Christiani perficiat et confirmet. Et quamquam eam laudem, quam  
Illustritas Vestra propter propagationem verae religionis nobis tribuit,  
haudquaquam agnoscamus, tamen gratissimum nobis est Illustritatis  
Vestrae praecconium, atque utinam, sicuti ex animo et tota mente veram  
religionem omni[no] promotam cupimus, sic ad eam rem amplificandam  
et propagandam [f. 349] Deus omnipotens nobis successus felices et fortunatos  
largiatur, nos certe studium et conatum nostrum nunquam desiderari patiemur.

Quod alteris suis literis Illustritas Vestra petit, ut scripta eiusdem ad  
Electores et Principes Germaniae destinata sine mora transmittere ac  
istam Illustritatis Vestrae respondendi cessationem, propter castrensa  
negotia, quae impedimento hactenus fuere, factam, nostris literis apud  
Illustrissimas Celsitudines Suas excusare velimus, hoc sane Illustritatis  
Vestrae nomine et libenter et accurate etiam primo quoque tempore facturi  
sumus, nec dubitamus Illustrissimas Celsitudines Suas ea excusatione  
probe contentas fore. Porro sic Illustritas Vestra certo sibi persuadeat nihil  
nobis vel grave esse vel difficile, quod eiusdem nomine recte facere ullo  
modo possumus. Tandem Illustritatem Vestram, cui omnia fausta et felicia  
precum, Christo omnipotenti longis temporibus conservandam commit-  
timus. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

*Albertus dux in Prussia*

*regi Angliae [Philippo]*

*Albertum a Wittramsdorff, nobilem adolescentem, "exteras regiones invisere*

*et regum christianorum aulas perlustrare" cupientem, commendat et  
rogat, ut eum in numerum servitorum suorum recipiat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55. ff. 349-350.*

N. 4640.

*E Regio Monte, 9.I.1558.*

*Albertus dux in Prussia  
regi Galliae [Henrico II]*

*pro Christophoro Schenck barone a Tautenberg, subdito suo, cuius patruus  
Gulielmus ante viginti quattuor annos "in quodam conflictu bellico"  
bombardae ictu occisus est et non exigua bona mobilia et immobilia in  
Gallia post se reliquit, intercedit et rogit, ut nepoti eius, nunc iam adultae  
aetatis, patrui sui legitimo heredi, eadem bona tradere velit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 353-355.*

N. 4641.

*Sl., 9.I.1558.*

*Albertus dux in Prussia  
Ioanni Borowski*

*Regni Poloniae membrum et eum se considerans, qui omnibus eiusdem stati-  
bus bene consultum cupit, praemonet illum, iter suscipere conantem, de  
speculatoribus et exploratoribus, multis in locis a rege Angliae Philippo  
clam dispositis, qui omnes iter facientes bene observare in mandatis  
habent.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 343-344.*

An Hanss Borowski, den 9 Januari 58.

Nachdem wir als ein mitglied der loblichen Chron Poln allen derselben loblichen stenden und iren verwanthen billich alle ehr, gedeien und wolfart gonnen, sonderlichen aber euer person, der uns nuhmer ein zeitlang mit dinst verhaft gewesen, mit denen gnaden gewogen, das wir euch nicht gern etwas beschwerlichs beigelegt sehen. Weil wir dann wissen, welcher mas- sen ir mit uns verlass gemacht und uns vermeldet, wohin ir euch umb merer versuchung willen zu begeben bedacht, so haben wir nicht unterlassen wollen, euch mit dissem unserm schreiben zu ersuchen und zu vermel- den, das glaublich an uns gelanget, als solle konig Philippus aus Engelhardt etc. an vilen orthen in [f. 343v] geheim bestelte und aufseher ligen haben, welche auf alle reisende guth acht geben und halten. Wiewol wir nun nicht zweifeln, ir eure sachen in guter aufsicht haben werden, so rathen wir doch in gnaden treulich, ir wollet, sowol ehe ir von hauss ziehet, als her noch unterwegens gut aufmercken haben, wie weit und weime ir euer furhaben vertrauet, damit ir nicht etwan in nachteil, schimpf oder schaden, des uns warlich schmerzlich sein muste, gesetzt. Do ir auch, wie wir nicht zwei-

fehn, etwo an den edlen, unsern lieben, getreuen Fridrichen, burggrafen und hern zu Dona, gelanget, wirdet derselbe euch aller gelegenheit ferner berichten, mit gnaden begerendt, ir wollet diss (f. 344) unser schreiben anderer gestalt nicht, dan das es gnediger treuer wolmeinung euch zur warnung geschickt, vermercken. Dan euch mit sondern gnaden etc.

Secretari

N. 4642.

S.l., 28.I.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo et, mutatis mutandis, Achatio Czema iuniori litteras eius a Gabriele Grabowiecki sibi allatas esse significat; nuntio de statu reginae se valde contrastatum esse scribit, sed asserit voluntati divinae parendum esse et orandum, ut paterna Dei voluntas semper fiat.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 344-344v.*

N. 4643.

E Regio Monte, 8.II.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae legatos civitatum maritimorum, "quas Ansehe vocant", ad regem proficiscentes, commendat et rogat, ut se illis in eo, quod proposituri sunt, benevolum et clementem regem exhibeat.*

(Latine)

*Cfr. El. XXXI, N. 727.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 356-357.*

N. 4644.

E Regio Monte, 8.II.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, pro Michaele Narbutt, veredario suo, cuius frater germanus, Georgius Narbutt, nuper Vilnae interfectus est, intercedit et rogat, ut ei, fratris occisorem iure persequi volenti, adiumento esse velit, quo eo citius iustitiam consequatur.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 355.*

N. 4645.

E Regio Monte, 10.II.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*summam legationis civitatum Hanseaticarum ad se peractae et responsum  
suum illis datum iuxta regis voluntatem mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 357.

N. 4646.

E Regio Monte, 10.II.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilhensi, M.D.L. cancellario,  
mittit fasciculum litterarum ei destinatarum, a duce Wirtembergensi missum,  
et se excusat, quod per errorem ligaturam eiusdem inciderit; hortatur eum,  
ut animos principum Germaniae ancipites [in negotio matrimonii cum  
sororibus regis Poloniae ineundi] confirmare pergaat.*

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 358-359.

Duci in Olika, X Februarii.

Mittit fasciculum literarum et petit sibi ignosci, quod ligaturam inciderit. Hortatur, ut in eo negotio, quod cepit, animos Principum confirmet.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Cum hisce diebus nobis ab Illustri Domino Duce Wirtenbergensi<sup>1)</sup>, consanguineo nostro charissimo, fasciculus literarum allatus esset funulus compactus, incidendo laesimus alteram ligaturam eius fasciculi, quem Illustrati Vestrae cum hisce mittimus, propterea quod inscriptio illius pone nostris alligata literis non apparebat. Hoc cum per errorem, omnia scilicet ad nos pertinere arbitrantes, factum sit, amice ac fraterne Illustritatem Vestram rogatam habemus, ut hanc nobis improvidentiam ignoscat, neque suspicetur studiose id nos fecisse, siquidem nihil resignatum a nobis esse videbit.

Latere autem Illustritatem Vestram nolumus dictum Illustrum Dominum Ducem Wirtenbergensem, necnon Dominum Vergerium<sup>2)</sup> in hanc fere sententiam literas ad nos dedisse, quod diurna adeo mora responsi Illustritatis Vestrae varias illi cogitationes pariat, ac si ea res, de qua agitur, non usque adeo cordi esse quibusdam minusque serio agi videatur. Nos sane singulis literis nostris Illustritatem Vestram, ut se res habet, excusavimus causasque morae exposuimus. Verum ne in animis illorum virorum suspicio maior crescat atque ita [f. 359] in mittendis, prout necessitas negotii postulat, nuntiis suis sententiam mutent, amice ac fraterne Illustritatem Vestram petimus, ut primo quoque tempore animos ancipites de certitudine confirmare pergaat, illisque cogitationes ab re alieniores eximat, ut quod Illustritatem Vestram non modo pie cepisse, sed constanter quoque promovere omnibus constat, in amplificanda gloria divina ac propaganda animarum salute magis magisque adniti omnes homines cum immortalis Illustritatis Vestrae nominis celebritate depraedicent. Nos sane, quod par-

tium nostrarum erit, in eo iuvando nihil studii, laboris, operae seu diligentiae, quantum Dominus Deus nobis largitus fuerit, praetermissuri sumus. Quo fit, ut nullis sumptibus crebra ac sedula literarum de hoc negotio missione parcamus, ac porro etiam, quantum in nobis erit, ad aedificandam ac longe lateque provehendam Christi ecclesiam nihil in nobis passuri sumus desiderari. Atque haec Illustrati Vestrae amice ac fraterne significanda esse duximus. Quam iterum atque iterum amice fraterneque petimus, ne errorem nostrum in fasciculum suarum literarum a nobis commissum secus ac praedictum est, accipiat, sed improvidentiae id nostra ascribat. Quod reliquum est, Illustratatem Vestram feliciter valere exoptamus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Christophorus.*

2) *Petrus Paulus Vergerius, reformator.*

N. 4647.

S.l., 10.II.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarlo,  
nuntiat se paratum esse certis condicionibus bona quaedam una cum "schar-  
werk" ad vitae tempora ei concedere.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 344-345v.*

N. 4648.

E Regio Monte, 14.II.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
pro Arnoldo institore, ut "clementer ipsum adiuvet in consequendo suo cre-  
dito a nobili quodam Ioanne Szukowicz, qui anno elapso aliquot ulnas  
serici ab ipso emit, promittens se bona fide postridie soluturum atque  
hactenus non exsolvit".*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 360-361.*

N. 4649.

E Regio Monte, 17.II.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
pro Toruniensibus, ab archiepiscopo Gnesnensi graviter molestatis, intercedit  
et rogat, ut eidem archiepiscopo mandet, ne in iurisdictionem archiepi-*

*scopi Ricensis (cum scil. dioecesis Culmensis archiepiscoporum Rigen-  
sium iurisdictioni subiaceat) illegitime irruat.  
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 361-362.*

Regi Poloniae, XVII Februarii.  
Intercedit pro Torunensibus.

Serenissime Rex etc.

Non dubito, quin S. Regia Maiestas Vestra tum ex literis, tum ex relatione senatus Torunensis clementer intelliget, quibus modis a Reverendissimo Domino Archiepiscopo Gnesensi<sup>1)</sup> contra morem et consuetudinem veterem graviter molestentur. Quae res quoniam cum detimento incliti archiepiscopatus Ricensis, ad quem suprema iurisdiction in spiritualibus tanquam ordinatum<sup>a)</sup> metropolitanum dioecesis Culmensis spectat,<sup>2)</sup> quamque S. Regia Maiestas Vestra in protectione sua habet, coniuncta est, spero atque confido S. Regiam Maiestatem Vestram eas rationes quaesitaram, ne quid de privilegiis, libertatibus et regaliis Reverendissimi Domini Archiepiscopi Ricensis<sup>3)</sup> ullo modo detrahatur. Et quia idem senatus Torunensis vehementer a me petuit se literis meis intercessoriis ad S. Regiam Maiestatem Vestram iuvari, non potui illis officii genus recte denegare. Peto itaque officiose et submisso, ut S. Regia Maiestas Vestra clementer considerare velit, quam mali exempli res sit in alienas iurisdictiones irruere atque inviolare, quantumque inde Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigeni de auctoritate [f. 362] decedat, si Gnesnensis sui offici metas adeo audacter transiliat, detque operam S. Regia Maiestas Vestra tum admonendo, tum inhibendo, ut dictus Dominus Archiepiscopus Gnesnensis ab incepto suo iniquo desistat, utque inclytæ civitatis Torunensis iura et privilegia sarta tecta conserventur. Ita S. Regia Maiestas Vestra rem et iustum et se dignam fecerit, quam omni studio et officio ubivis demererri conabor. Commando S. Regiam Maiestatem Vestram Deo Optimo Maximo. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

a) *sic in ms. pro: ordinarium vel ordinariatum*

1) *Nicolaus Dziergowski.*

2) *dioecesis Culmensis ab a. 1255 iurisdictioni  
archiepiscopi Ricensis subiecta erat (ab Ale-*

*xandro IV bulla Cum universis), inde secutae  
sunt diurnae controversiae inter archiepi-  
scopos Gnesnenses et Rigenes.*

3) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

N. 4650.

E Regio Monte, 18.II.1558.

*Albertus dux in Prussia  
regi Galliae [Henrico II]*

*iterum pro quibusdam servitoribus suis, quorum bona a praefecto eius classis  
in mari intercepta sunt, intercedit et rogat, ut in compensationem amis-  
sorum bonorum, quae fortassis iam distracta esse censem, immunitates  
quasdam eis concedere velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 359-360.*

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
rogat, ut rex rationes tandem idoneas ineat ad Moscovitas ex Livonia profili-  
gandos et periculum a terris quoque suis avertendum.  
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 362-364.*

Regi Poloniae, 19 Februarii.

Petit, ut rationem tandem aliquam ineat de Moscho ex Livonia profili-  
gando.

Serenissime Rex etc.

Tametsi mihi dubium non sit S. Regiam Maiestatem Vestram tam ex literis Reverendissimi et Illustrissimi Domini Archiepiscopi Rigenensis<sup>1)</sup>, fratris mei charissimi, quam reliquorum statuum Livoniae abunde intellexisse, quam immaniter communis Reipublicae Christianae hostis, Muscoviata<sup>2)</sup>, non modo igne ac ferro depopulando quaecumque obvia in terris Livoniae grassetur, sed etiam tyrannidem hactenus ab eo inauditam pene in captivos atque adeo erga infantes, feminas et inermes homines perpetrando exerceat, tamen indignitate rei motus et fratris mei [f. 363] precibus, qui intercessionem meam in hoc negotio vehementer expetebat, adductus, S. Regiae Maiestati Vestrae scribendum duxi, certo mihi persuasum habens S. Regiam Maiestatem Vestram, uti pium et christianum Regem decet, hoc nuntio affectam et non mediocriter inde perturbatam iri. Cum autem metuendum plane sit, nisi tempestive hosti immanissimo occurratur, non Livoniam modo hoc bello periclitaturam, sed id cum totius Christiani Orbis maximo detimento coniunctum fore, nihil sane dubito, quin S. Regia Maiestas Vestra omnes gravissimi huius periculi rationes exacte et accurate expendet ac cum inclytis Regni Poloniae, necnon Magni Ducatus Lithuaniae statibus consultandum matura praehabita [ratione] prudenter statuet, quibus modis et rationibus periculum commode propulsari et hostes profligari queant. Quam ad rem S. Regiae Maiestati Vestrae, uti Regi potentissimo, plurimae haud dubie viae ad hostem istum christiani nominis profligandum et periculum a suis terris ac subditis avertendum patebunt.

Ego sane consultius esse puto hostem in agro vicini grassantem adoriri et a finibus arcere, quam expectare, donec ad parietes nostros accedat. Id quod S. Regiae Maiestati Vestrae, quae tot bellicosissimas gentes sub imperio suo tenet, factu non est difficile, siquidem S. Regia Maiestas Vestra et suo exercitu, ubi vult, hostem profligare et alias vicinos populos in ipsum concitare atque etiam mercenario milite ex Regno Poloniae Livonienses iuvare potest, ut hoc modo pluribus ex locis impetus hostis, quo se primum vertat quemve locum defendat, non perspiciat. Et quamquam S. Regiam Maiestatem Vestram [f. 364] haec omnia pro singulari sua sapientia et prudentia pressius considerare et exactius perspicere scio, quam ut me monitore opus habere videatur, tamen ad literas Reverendissimi fratris mei, atrocissimarum rerum et crudelitatum, quas barbarus hostis iam pridem in Livonia perpetravit, plenas, intermittere scriptionem hanc non potui, etiam atque etiam subiectissime petens, S. Regia Maiestas Vestra in eam curam et cogitationem clementer incumbat, quomodo sua ope, auxilio et praesidio christiano sanguini succurrere et miseros homines

ex crudelissimi hostis faucibus eripere queat. Ita S. Regia Maiestas Vestra universam Livoniam, praesertim autem ab hostibus oppressos homines perpetua sibi gratitudine devinctos reddet et apud omnes Christiani Orbis incolas immortalem haud dubie laudem et gloriam merebitur. Ego autem subditis meis et indefessis studiis erga S. Regiam Maiestatem Vestram sedulo promererri conabor. Quam Christo etc. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

- 1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*
- 2) *Ioannes IV Basilides.*

N. 4652.

*E Regio Monte, 19.II.1558.*

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
de auxiliis Livoniensibus contra Moscovitas mittendis.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 364-365.*

Duci in Olika, XIX Februarii.

Petit iuvari, ut auxilia Livoniensibus mittantur.

Ex literis Reverendissimi et Illustrissimi Domini Archiepiscopi Rigen-sis<sup>1)</sup>, fratris nostri charissimi, itemquae Magistri Livoniae<sup>2)</sup> intelliget Illustritas Vestra statum Livoniensium satis tristem et calamitosum. Quia) cum S. Regiae Maiestatis Poloniae etc., Domini nostri clementissimi, [f. 365] auxilium et praesidium implorent, duximus nostram quoque interces-sionem, fratris nostri precibus moti, interponendam, quemadmodum Illustritati Vestrae ex literis ad S. Regiam Maiestatem Suam nostris apparebit. Ac petimus ab Illustritate Vestra amanter et fraterne, ut hoc negotium, pro rei magnitudine ac necessitate, diligenter sibi commendatum habeat, sic-que in medium consulat, ut miseris et oppressis hominibus auxilia mature decernantur, quibus e faucibus immanissimi hostis eripiantur. Hoc et S. Regiae Maiestati summe gloriosum, et Vestrae Illustritati, cuius consilio hostes fusi fugatique dicentur, honorificum est futurum. Nos autem amicis et fraternis studiis compensare conabimur. Deus Optimus Maximus Illu-stritatem Vestram diu salvam et incolumem conservet. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

- a) *in ms. Quam*
- 1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*
- 2) *Gulielmus a Fürstenberg.*

N. 4653.

*E Regio Monte, 26.II.1558.*

*Albertus dux in Prussia  
senatui Przasnissiensi  
nuntiat se petitioni eorum de reddendis bobus satisfacere non posse, tum quod  
telonearius regius a capitaneo suo Neidenburgensi istos boves detineri*

*petiit, tum quod subditus eorum subditis suis equos “summa iniuitate” detentos non restituit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 365-366.*

N. 4654.

*E Regio Monte, 28.II.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*iterum pro Philippo Kobelin (pro quo iam mense Octobri a. 1557 intercessit), ut ei 19 mansos agri et silvae in districtu Plotelensi vel Grustinensi cum libera taberna super eisdem aedificanda concedere velit (cfr. 4602).*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 366-367.*

N. 4655.

*E Regio Monte, 28.II.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de gravibus iniuriis, quibusdam subditis suis districtus Iohannisburgensis, qui nuper mercatus causa in oppido Łomża fuerunt, a “quodam ibi Mazovita Madlozewski nominato” [scil. Hieronymo Modliszewski, capitaneo Lomsensi] praetextu non solutorum vectigalium illatis, queritur et rogat, ut rex pro pace et vicinitate mutua conservanda praefectis suis in Ducatu Masoviae per litteras iniungat, ne subditis suis inusitata vectiglia imponant, et in eiusmodi bonae vicinitatis violatores severe animadverterat.*

(Latine)

*Cfr. EL. XXXI, N. 732.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 367-368.*

N. 4656.

*S.l., 28.II.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Catharinae reginae Poloniae*

*Philippum Kobelin, hominem praeterito bello Livonico de re publica bene meritum, cuius opera etiam in posterum regi magno usui esse possit, commendat.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 346v-347v.*

N. 4657.

*S.l., 28.II.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,*

*pro favore et benevolentia, Philippo Kobelin anno superiore ei commendato*

(cfr. N. 4601) exhibita, gratias agit et rogat, ut eum iterum regi commendare velit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 345v-346v.

N. 4658.

S.l., 28.II.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Chwalczewski, capitaneo Cnissinensi,*

*Philipum Kobelin, iam anno superiore ei commendatum, iterum commendat.*  
(cfr. N. 4601).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 347-348v.

N. 4659.

E Regio Monte, 3.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de annua sua pensione, ad festum Paschatis numerari consueta, a Ioanne Kostka, castellano Gedanensi et terrarum Prussiae thesaurario, praeter litteras regias eam ob rem ad illum datas et sollicitationem suam, ut hoc anno ad 20 diem Februarii eam sibi Marienburgi persolvat ita, ut vicissim creditoribus suis satisfacere queat, nondum numerata queritur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 732.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 368-369.

N. 4660.

E Regio Monte, 4.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*archiepiscopo Magdeburgensi [Sigismundo marchioni Brandenburgensi] nuntiat se legatum eius, doctorem Georgium Sabinum, "et vidisse libenter et audivisse cupidissime" et pro ingenii sui exiguitate consilia sua cum eo communicasse, et rogat, ut ei reverso nomine suo quaedam referenti plenam fidem habeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55. f. 370.

N. 4661.

E Regio Monte, 8.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*commendat negotium marscalci Livoniensis et rogat, ut ad proximum conveniendum legatum in causa eius in Livoniam mittere vel litteras pro eo interces-*

*sorias ad magistrum Livoniae dare velit; item intercedit pro Iulio duce Brunsvicensi, ducis Henrici filio, et petit, ut ad regem Romanorum scribat, quo eum in aulicum suum accipiat; deinde commendat negotia Alexandri Sculteti, canonici olim Varmiensis, et rogit, ut ei salvum conductum ad triennium concedat, et causam Melchioris Kirchoff, civis Rigensis exulis, promoveat.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 371-374.*

Regi Poloniae, VIII Martii.

Primo commendat negotium Landtmarschalci<sup>1)</sup>. Secundo petit literas dari ad Serenissimum Romanorum Regem<sup>2)</sup>, ut ducem Iulium, Henrici Brunsvicensis filium, in aulicum suum asciscat. Tertio, ut Alexandre Sculteti literae salvi conductus in triennium dentur. Postremo, ut negotium Melchioris Kirchoff sibi commendatum habeat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram ex relatione sui legati, quem in Livonię miserat, cognovisse non dubito, quo in statu negotium Reverendi ac Generosi Domini Provincialis Marschalci Livoniae relictum sit, nempe quod propter hostilem Moscovitarum irruptionem nihil finaliter a Domino Magistro Livoniensi<sup>3)</sup> concludi potuerit, sed quod res integra ad proximum conventum reiecta sit. Quae sane res cum maximo incommodo et detimento Domini Marschalci coniuncta est, eique in primis aegre et graviter non modo accidit, quod ad aequissimam postulationem suam, qua se legitimae cognitioni semper obtulit, nihil obtinere potuit, sed etiam quod iniustissime spoliato nihil restituitur. Et quanquam Reverendi Domini Magistri pollicitatio, S. Regiae Maiestati Vestrae in causa eius Marschalci facta, integra adhuc remanet et in prioribus, quod aiunt, terminis commoratur, neque ad effectum aliquem deducta est, tamen verendum plane est, nisi S. Regia Maiestas Vestra sua opera et auctoritate porro ipsum Marschalcum clementer adiuverit, parum admodum effectum iri. Quae quidem res summa commiseratione digna est, hominem non innocentem solum, sed eum etiam, qui Reipublicae optime semper consultum voluit, eiusque provinciae commoda quovis modo amplificare studuit, in hanc miseriam et calamitatem devenire. Quapropter cum S. Regia Maiestas Vestra ipsum hactenus adeo clementer [f. 372] et liberaliter fovere dignata sit, etiam atque etiam subiectissime oro, ut porro sibi eum benigne habeat commendatum, ipsumque in hac adversa fortuna non deserat. Ac dignetur S. Regia Maiestas Vestra ad proximum conventum in Livonia futurum iterum vel legatum aliquem deputare, vel per literas saltem accurate scriptas ad Dominum Magistrum intercedere, ut totum hoc tandem negotium non publice modo, sed et privatum recte et cum fructu conficiatur. Quod haud dubie erga S. Regiam Maiestatem Vestram dictus Marschalcus perpetua animi sui gratitudine demereri studebit.

Ceterum S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, Illustris quosdam Germaniae Principes literas ad me dedisse, quibus significant Ducem Iulium, Illustrissimi Principis Henrici Brunswicensis filium, in magno esse metu et periculo propter patris iram et indignationem, quam immerenter de eo conceptam habet, ita plane, ut si in custodia teneatur, non multo sibi sit futurum molestius, siquidem extra castrum seu arcem sine comitatu<sup>a)</sup> egredi illi non est permisum. Dicti igitur Illustrissimi Principes huic malo mederi posse existimant, si qua ratione Dux Iulius ad aulam Serenissimi Romanorum Regis Ferdinandi ad aliquod tempus traduci possit. Quod quidem S. Regiae Maiestatis Vestrae opera [f.

373] commodissime et sine gravi negotio fieri posse putant. Petunt itaque officiose et obnixe, ut S. Regia Maiestas Vestra primum Serenissimo Romanorum Regi scribere ac intercedere, ut Ducem Iulium in aulam suam asciscat, deinde Illustrissimo Duci Henrico Brunswicensi quibus potest argumentis et rationibus persuadere, ut filium suum ad aulam Serenissimi Romanorum Regis mittere velit, ubi in hac iuvenili sua aetate prudentiae singularis exempla spectare et notitiam multorum hominum, quae olim magno usui futura sunt, habere potest. Quod ut S. Regia Maiestas Vestra propter amicorum Principum petitionem et pro commodo ac eliberatione dicti Ducis Iulii clementer facere non gravetur, etiam atque etiam submisso oro.

Praeterea S. Regiam Maiestatem Vestram subdite latere nolo, me his diebus ex quorundam relatione comperisse, quod S. Regia Maiestas Vestra clementer consenserit Venerabili viro Alexandro Sculteti, Canonicu quondam Varmensi, salvum conductum ad biennium concedere. Quae res magnopere me exhilaravit eoque nomine S. Regiae Maiestati Vestrae maximas et ago et habeo gratias nec dubito, quin ubi dictus Alexander in has terras redierit, multa sit secum allatus documenta variasque informatio-nes, quae his regionibus summopere prodesse poterunt. Peto autem submisso et vehementer, si is salvus conductus nondum editus est, ut S. Regia Maiestas Vestra tertium quoque annum securitatis adipere atque eas fidei publicae literas ad triennium integrum clementer ei largiri dignetur.

Extremo intermittere non possum, quin eadem hac opera apud S. Regiam Maiestatem Vestram nomine honesti viri Melchioris Kirchoff, civis Rigensis exulis, intercedam, summa contentioneb<sup>a</sup>) et summissione petens, ut S. Regia Maiestas Vestra eius quoque ad [f. 374] proximum Livoniae conventum sive per nuntium sive per literas rationem aliquam habendam curet, quo miser, uti aequissimum est, restituatur et bona sua recuperet. Haec omnia erga S. Regiam Maiestatem Vestram subditis meis studiis et debitis officiis promereri ubivis conabor. Quam Christo omnipotenti longis temporibus incolumem et felicem conservandam committo. Datae Regioni-monti.

C. S[ilvius]

- a) *in ms. comeatu*
- b) *in ms. summam contentionem*
- 1) *Caspar a Münster.*

N. 4662.

*E Regio Monte, 8.III.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
marscalci Livoniensis [Casparis a Münster] et Melchioris Kirchoff, civis  
Rigensis negotium commendat; item rogat, ut det operam, quo Iulii ducis  
Brunsvicensis ratio habeatur et in eius negotio litterae tum ad Ferdinandum regem Romanorum, tum Henricum ducem Brunsvicensem expediatur, quemadmodum ex litteris suis ad regem scriptis latius apparere asserit  
(cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Ostrpr. Fol., vol. 55, ff. 374-375.*

N. 4663.

E Regio Monte, 14.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Stanislao Skaszewski, capitaneo Crasensi et Botocensi [in Kroze et Boto-  
ki], in proximo bello Livonico de rege bene merito, ab archiepiscopo  
Rigensi Gulielmo, fratre suo, magnopere per litteras sibi commendato,  
intercedit et petit, ut possessiunculam quandam in districtu Berzanensi  
sitam, ditioni eiusdem archiepiscopi Rigensis finitimam, obtinere queat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 375-377.

N. 4664.

E Regio Monte, 14.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut pro Achille Scipione, subdito et servitore regis Romanorum, plurima  
damna in expeditione contra Turcas sub stipendiis eiusdem regis Roma-  
norum perpresso, apud eundem regem intercedere velit, quo eiusmodi dam-  
norum recompensationem quandam obtinere queat.*

(Latine)

Cfr. EL. XXXI, N. 734.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 378.

N. 4665.

E Regio Monte, 14.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*pro Stanislao Skaszewski, servitore eius, in proximo bello Livonico de rege et  
fratre suo Gulielmo, archiepiscopo Rigensi, egregie merito, rogat, ut pos-  
sessiunculam quandam consequi possit (cfr. N. 4663).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 379-380.

N. 4666.

E Regio Monte, 14.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Skaszewski, capitaneo in Kroze et Botoiki,*

*mittit exempla litterarum intercessoriarum ad regem et Nicolaum Radziwill,  
palatinum Vilnensem, pro eo datarum, et sperat eiusmodi intercessionem  
ei fructuosam futuram; de filio ei nato gratulatur et Deum orat, "ut aeta-  
tem illius teneram vera pietate imbuat ac Spiritu Sancto suo gubernet,  
ut in virum honestum et probum adolescat ac ecclesiae Christi aedifi-  
candae illiusque honori propagando inserviat".*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 380-382.

N. 4667.

S.l., 15.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,  
pro Achille Scipione, castri Namslau [Namysłów] in Silesia capitaneo, multa  
incommoda et damna in expeditionibus contra Turcas perpresso, intercedit  
et rogat, ut eius negotium apud regem et palatinum Vilnensem [Nicolaum  
Radziwiłł "Nigrum"] promoveat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 201.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 348v-349v.

N. 4668.

E Regio Monte, 18.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
petit, ut negotium finium inter Magnum Lithuaniae et Prussiae Ducatum  
nunc, cum omnes Magni Ducatus senatores Vilnae cum rege convenis-  
sent, tandem finiri et terminari iubeat.*

Cfr. El. XXXI, N. 742.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 383-386.

Regi Poloniae, XVIII Martii.

Petit spem donandarum partium finium Lithuaniae sibi factam  
confirmari, et quod reliquum est controversiae, terminari usque ad  
mare salsum.

Serenissime Rex etc.

Cum circa autumnale tempus proxime praeteritum et S. Regiae  
Vestrae Maiestatis liberalissima pollicitatione gratiose mihi aliquoties fac-  
ta, et multitudine querelarum, quae ex controversiis limitum inter  
Magnum Lithuaniae et meum Prussiae Ducatum subinde oriuntur, adduc-  
tus, S. Regiam Vestram Maiestatem maiorem in modum ac subiectissime  
peterem, ut munificentiae illius suae, cuius non vulgarem mihi spem fecis-  
set, significationem clementissimam tandem ederet, quodque reliquum  
esset usque ad mare salsum limitum indeterminatorum, ei quoque finem  
clementer imponeret, ad haec cum S. Regia Vestra Maiestas clementissi-  
mae promissionis suae memor (quam reverenter summaque observantia  
gratam habeo) se per tempus magis aptum atque utrique nostrum commo-  
dum petitionis meae non oblituram esse respondere dignata sit, commit-  
tere non potui, quin in tanta apud S. Regiam Vestram Maiestatem senato-  
rum Magni Lithuaniae Ducatus frequentia hoc nomine denuo S. Regiam  
Vestram Maiestatem quam officiosissime submonerem, iterumque atque  
iterum illam subiectissime peterem, ut quod se munifice in me, fidelem  
suum servitorem et consanguineum Principem, collaturam pollicita est,  
clementer confirmare dignetur limitumque controversias omnes, tam eas,  
quae ex Magno Lithuaniae quam Mazoviae Ducatu supersunt, finiri ac ter-  
minare iubeat.

Quod facturam esse S. Regiam Vestram Maiestatem singularis illius in me gratia et favor spem mihi certissimam faciunt, siquidem et ipsius S. Regiae Vestrae Maiestatis et mea communiumque subditorum, a quibus indies novae exurgunt querelae de incursionibus, violentiis, homicidiis et caedibus, plurimum interest, ut hoc limitum negotium aliquando tandem finiatur. Ego sane tanti illud sum beneficii loco habiturus, ut in hac mea senecta maiore me [f. 384] gratia a S. Regia Vestra Maiestate affici vix posse existimem, inque demerendo eo nihil laboris, studii seu diligentiae, quantum senilium erit virium mearum, proque fide et officio fidelis servitoris parcam, sic sane, ut spiritum creatori meo redditurus, molestissimis illis finium controversiis liberatus, tranquillore animo hinc emigraturus proque hac S. Regiae Vestrae Maiestatis gratia et clementia in me plane regia aeternam illi felicitatem sim comprecaturus. Quod superest etc. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4669.

E Regio Monte, 18.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
rogat, ut negotium finium inter Lithuaniae et Prussiae Ducatus controversorum nunc, cum omnes Magni Ducatus senatores cum rege Vilnae convenissent, apud regem promoveat (cfr. N. praeced.)*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 384-385.

N. 4670.

E Regio Monte, 18.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwitt "Nigro", Ioanni Ocieski et Ioanni Przerembski pro heredibus defunctae viduae Gertrudis Hermensdorff, ut immunitatem a teloneis consequi queant, qua 500 lastas salis libere et citra vectigalium solutionem in Magnum Ducatum Lithuaniae importare eis liceat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 387-388.

N. 4671.

E Regio Monte, 18.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]  
rogat, ut regem submoneat pollicitationis sibi factae de particulis limitum Lithuaniae controversis, quae ad solius regis et suam determinationem ab utriusque partis commissariis remissae sunt, sibi donandis.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 386-387.

N. 4672.

S.l., 18.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo et, mutatis mutandis, Achatio Czema iuniori  
rogat, ut negotium finium inter Lithuaniae et Prussiae Ducatus regundorum  
apud regem promoveat, praecipue cum hoc tempore omnes Magni Duca-  
tus Lithuaniae senatores et consiliarii una cum rege Vilnae congregati  
adsint, et regem admoneat promissionis sibi factae de particulis finium  
controversis sibi concedendis.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 349v-350v.*

N. 4673.

*E Regio Monte, 23.III.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]  
Ioannem Zimmerman, civem Gedanensem, eiusque negotium commendat,  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 55, f. 389.*

N. 4674.

S.l., 24.III.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,  
negotium Ioannis Zimmerman, civis Gedanensis, ei commendat.  
(Germanice)  
Ostpr. Fol., vol. 45, f. 351.*

N. 4675.

*E Regio Monte, 30.III.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
queritur de nobilibus Gnojeński, districtui suo Soldaviensi ex parte Ducatus  
Masoviae vicinis, qui obstacula in flumine Nida nullo iure facere non  
desinunt et hoc modo grave damnum molendinis, pratis et piscaturis suis  
inferunt, rogat, ut eorundem nobilium, praecipue vero Petri Gnojeński  
audaciam coerceat et severe eis mandet, ne in posterum obstaculis eius-  
modi faciendis animum applicent.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 389-390.*

N. 4676.

*E Regio Monte, 1.IV.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Ruperto Gockell, ophthalmico, ad id consentiente, pro magistro Thoma Sifert,  
medico regio, intercedit et rogat, ut "pro communi usu infirmorum  
hominum, quorum subinde non exiguis est numerus, dictum Thomam  
in locum Ruperti ea condicione sufficere velit, ut post obitum Ruperti  
ipse eiusdem stipendio potiatur".*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 390-391.*

N. 4677.

*E Regio Monte, 4.IV.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Casparem Geschkau, artium liberalium magistrum et ecclesiae Konicensis  
praepositorum, virum "non modo vitae integritate et bonis moribus praesi-  
stantem, sed etiam insigni doctrina et variarum rerum peritia praedi-  
tum", negotii cuiusdam causa ad regem proficiscentem, commendat (cfr.  
N. 4681).*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 391.*

N. 4678.

*E Regio Monte, 14.IV.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*regi Angliae [Philippo]*

*pro Gulielmo Pethamo, Anglo, aulico suo, ex Regno Angliae proscripto, in  
patriam redire cupiente, intercedit et rogat, ut ei litteras salvi conductus  
dare dignetur.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 392-393.*

N. 4679.

*E Regio Monte, 15.IV.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*pro benevolentia subditu suo, Hieronymo Enwalt, exhibita gratias agit et ite-  
rum eum commendat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 393.*

E Regio Monte, 16.IV.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*nuntiat se ex internuntiis civitatis Gedanensis cognovisse, quid responsi rex legatis civitatum maritimarum dederit; cum tamen haec res accurata deliberatione indigeat, se regis sententiae in omnibus obtemperaturum esse.*  
*Ostrpr. Fol., vol. 55, ff. 393-394.*

Regi Poloniae, XVI Aprilis.

Scribit se ex legatis Gedanensium cognovisse, quid responsi S. Regia Maiestas Sua civitatum Ansehe legatis dederit. Quia vero negotium hoc bona deliberatione opus haberet, se quid magis expeditat in sua ditione constituturum esse.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quid responsi S. Regia Vestra Maiestas dederit maritimarum civitatum legatis, internuntii civitatis Gedanensis hac iter facientes mihi exposuerunt. Quia vero hoc negotium magni momenti esse existimo, plusque in eo discriminis quam commodi latitare metuo, multa provide in eo consideranda esse videntur, quemadmodum S. Regia Vestra Maiestas ex [f. 394] prioribus literis meis intellexit. Rationem autem eius quoque praecipuam habendam esse puto, ne facili assensu, ad postulata eorum, qui nihil iuris in S. Regiam Vestram Maiestatem vel terras illius habent, dato, ansa praebeatur, ut in posterum idem quoque vel simile quiddam antiquo more adducto iure quasi quodam a S. Regia Vestra Maiestate contendere sibi licere existimet. De quibus omnibus percuperem coram cum S. Regia Vestra Maiestate colloquendi facultatem mihi dari, tametsi iudicii mei tenuitatem agnosco, neque meum est S. Regiam Vestram Maiestatem, prudentia et multarum rerum cognitione me longe superiorem, docere. Itaque quod ad S. Regiae Vestrae Maiestatis responsum attinet, quoniam illud et S. Regiae Vestrae Maiestati et prudentissimis eiusdem consiliaris ita placuit, mihi displicere non debet.

Quod vero S. Regia Vestra Maiestas literis ad me suis postulat, ut ad ea, quae respondit, in ditionibus meis me quoque accommodem, in eo quantum fidei et subiectionis meae debitum postulat et privilegiorum immunitatumque mearum ius patitur, talem me exhibebo, sicut vasallum Principem decet. Verum cum haec res multa deliberatione opus habeat, expendam, quid magis minusve ditionis meae subditis expeditat, atque id tandem pro rationum mearum necessitate constituam, quod et S. Regiae Vestrae Maiestati non officere aut incommodare, et terris hisce non inutile esse intellexero. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati officiosissime respondenda esse duxi. Datae Regiomonti.

a) *in ms. Maiestatem*

A. M[untzer]

E Regio Monte, 18.IV.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Lambertum Schlieff, abbatem Olivensem, commendat, quamquam ante pau-*

*cos dies "harum rerum ignarus" etiam Caspari Geschkau in eodem negotio litteras intercessorias ad regem dedit.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 395.*

Regi Poloniae, XVIII Aprilis..  
Commendat Abbatem Olivensem.

Serenissime Rex etc.

S. Regia Maiestas Vestra ex incluso supplici libello clementer intelliget, quid caussae sit, quod Venerandus Dominus Lampertus, Abbas Olivensis<sup>1)</sup>, literis meis ad S. Regiam Maiestatem Vestram se petat commendari. Tametsi autem paucos ante dies magistro Casparo Geschkau Konicensi<sup>2)</sup>, hoc in negotio ad S. Regiam Maiestatem Vestram proficiscenti, literas meas intercessorias harum rerum ignarus dedi, tamen et huic commendationem meam denegare nolui. Si enim ita res est, quemadmodum in supplici suo libello Dominus Abbas conqueritur, non iniquam causam fovere mihi videtur. Quare S. Regiam Maiestatem Vestram etiam atque etiam submisso ore, ut pro singulari sua prudentia hoc negotium discutiat et dictum Abbatem, quantum aequitate et iustitia permittente licet, ita meo nomine adiuvet, ut intelligat has meas literas usui sibi fuisse. Hoc erga S. Regiam Maiestatem Vestram subditis studiis ac debitibus officiis promererri conabor. Quam Deo omnipotenti longis temporibus conservandam committo. Datae Regiomonti.

Mutatis mutandis Duci Olicensi<sup>3)</sup>.

1) *Lambertus Schlieff.*

2) *Caspar Geschkau natus est in Chojnice (Könitz).*

3) *Nicolaus Radziwill "Niger".*

N. 4682.

E Regio Monte, 19.IV.1558.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Venceslaum Schack a Stangenberg, consiliarium suum, ad regem missum, ut de negotio marscalci provincialis Livoniae [Casparis a Münster] quaedam exponeret, commendat et rogat, ut plenam ei fidem habeat.*

(Latine)

*Cfr. EL. XXXI, N. 739.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 399.*

N. 4683.

E Regio Monte, 19.IV.1558.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro marscalco Livoniensi intercedit et rogat, ut rex pro eo ad socerum suum, imperatorem Ferdinandum recens proclamatum, scribat; commendat*

*etiam negotium Melchioris Kirchoff, civis Rigensis exulis, et rogat, ut pro illo apud magistrum Livoniae intercedat.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 396-398.*

Regi Poloniae, XIX Aprilis.

Commendat negotium Marschalci Provincialis Livoniae<sup>1)</sup> et Melchioris Kirchoff causam petique, si Maiestas Sua iter factura est in Poloniā, ut Marschalco interea ita, ut cepit, clementer provideat.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum me non obscuris ex rumoribus, sed fidedignis documentis colligere ac plane perspicere, quod Magister<sup>2)</sup> et Ordo Livoniensis negotium Reverendi Domini Marschalci Provincialis de die in diem protrahendo et studiose differendo libenter inversum atque adeo oblivioni traditum cupiant. Quam quidem moram et dilationem ipsi Domino Marschalco, homini innocenter afflito et immerenter ex provincia profligato, non molestam solum, sed etiam vehementer perniciosa esse existimo. Et quanquam mihi dubium non est S. Regiae Maiestatis Vestrae legatos, qui nunc in Livonia sunt, de hoc ipso negotio fideliter et summa diligentia tractaturos, plane ut sperem ipsos non frustra hanc operam posituros esse, tamen in eum casum, si (quod absit) per eos nihil obtineri poterit, S. Regiam Maiestatem Vestram subiectissime oro, ut ad Sacram Caesaream Romanorum Maiestatem, sacerum et parentem Regiae Maiestatis Vestrae colendissimum (qui superiori mense de unanimi sententia et consensu omnium Electorum, quod faustum ac felix sit, Romanus Imperator designatus est<sup>3)</sup>), hanc [f. 397] ipsam causam diligenter, accurate et pro dignitate promovere et ad eum finem dirigere velit, ut Caesarea Sua Maiestas Domino Magistro et Ordini Livonico serio mandet et sub gravi indignatione iniungat Dominum Marschalcum, ut hominem innocentem et per summam iniquitatem de statu dignitatis suae deiectum, pristino honori omnibusque suis bonis restituere, et si quid adversus ipsum Magister et Ordo habent, id ut coram certis iudicibus, ab Imperio aut Caesarea Maiestate deputandis, agatur et terminetur, quemadmodum non dubito S. Regiam Maiestatem Vestram pro summa sua prudentia rationes habere meditatas, quibus hoc negotium commode ac digne explicit atque expediatur.

Et quoniam S. Regia Maiestas Vestra propediem, ut audio, ex Magno Ducatu in Regnum Poloniae profectura est (quod S. Regiae Maiestati Vestrae cum universo comitatu faustum, felix et fortunatum esse cupio), itaque vehementer etiam atque etiam obnixe oro, ut S. Regia Maiestas Vestra ante discessum suum, pro summa sua clementia et liberalitate, dicto Domino Marschalco necessariam provisionem in hoc suo exilio decernere et ordinare velit, ut sicut hactenus, ita porro etiam S. Regiae Maiestatis Vestrae liberalitatem, quae merito eiusmodi oppressis et innocentibus hominibus subvenit, experiatur. Ita S. Regia Maiestas Vestra rem non exigua laude dignam et bonis hisce viris summe necessariam fecerit.

Postremo etsi non dubito, quin S. Regia Maiestas Vestra honesti Melchioris Kirchoff, civis Rigensis exulis, quem toties S. Regiae Maiestati Vestrae commendavi, clementer rationem habitura et apud Dominum Magistrum Livoniae operam datura sit, ut tandem in statum suum pristinum recuperatis suis bonis restituatur, tamen intermittere non potui, quin eius iterum hic mentionem facerem, subiectissime petens, S. Regia Maiestas Vestra eius quoque memor esse atque id dare operam velit, ne vir

honestus et innocens spe sua, quam de S. Regia Maiestate Vestra conceperat [f. 398] habet amplissimam, frustretur, sed ut tandem, quod aequum iustum est, ad sua redire illi liceat. Quam ego omnibus debitis studiis et officiis subditis promereri sedulo conabor. Christus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram longis temporibus salvam, incolumem et felicem conservet. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

1) *Caspar a Müster.*

2) *Gulielmus a Fürstenberg.*

3) *Carolus V abdicavit iam 12.IX.1556, sed nonnisi mense Februario 1558 Ferdinandus I imperator est proclamatus.*

N. 4684.

E Regio Monte, 19.IV.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, litteras ad teloneorum praefectos sibi a rege impetrari petit pro 400 bobus sine vectigalium solutione ex Lithuania et Samogitia expellendis ("siquidem hoc anno ex Russia sive Podollia exiguum boum numerum habuimus").*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 398.*

N. 4685.

E Regio Monte, 21.IV.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*pro hospitalitate ei exhibita tantam gratiarum actionem superfluam fuisse asserit; quos sibi commendatos esse voluit, sibi curae futuros promittit.*

*Cfr. El. XL, N. 1645.*

*Ostpr.Fol., vol. 55, ff. 399-400.*

*Ioanni de Lasko, XXI Aprilis.*

*Scribit gratiarum actione tam magnifica pro hospitalitate opus non esse, eosque, quos commendat, curae habiturum<sup>a</sup>) se esse.*

*Reverende ac Generose.*

Literas Reverenda Generositatis Vestrae, tam suo quam collegarum suorum nomine ex itinere ad nos scriptas, studii officiique ac permaxima gratitudinis erga nos contestatione plenas, accepimus. Quae quo nobis lectu fuere iucundiores, eo magis singularem Reverenda Generositatis in nos Vestrae amorem declarare visae sunt, tametsi tanta ad nos gratiarum actione minime opus fuisse, quam magis ex studii Reverenda Generositatis in nos Vestrae abundantia, quam beneficii qualiscumque [f. 400] nostri dignitate vel merito profectum existimamus. Vellemus sane Reverendam Generositatem Vestram cum suis collegis ita exceptam a nobis fuisse, quemadmodum id praestantia Dominationum Vestrarum postulabat et nos pro rationum nostrarum tenuitatem praestitisse conveniebat. Sed

cum plurima in eo desiderari fateamur, amice a Reverenda Generositate Vestra contendimus, ut propensissimi animi nostri voluntatem non ex iis aestimet, quae tantopere de nobis sibi praestita esse depraedicat, sed multo maiora, quoad recte eius fieri potest, sibi de nobis polliceatur.

Commendationem etiam Reverendae Generositatis Vestrae, quam pro aulicis nostris, qui illam deduxerunt, ac pro hospite quoque suo apud nos interposuit, eo loco habituri sumus, ut per occasionem et pro rationum nostrarum conditione non infrugiferam illis fuisse, quos commendat, aliquando experiat. Quicquid enim vel gratiae vel benevolentiae Reverendae Generositati Vestrae illiusque collegis omnibus dare poterimus, in eo, quoad possumus, non difficiles nos praebituri sumus. Atque haec Reverendae Generositati Vestrae rescribenda esse putavimus. Cui cum collegis suis longam incolumitatem et prosperum ad suos redditum exoptamus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

a) *in ms. habituros*

N. 4686.

*E Regio Monte, 22.IV.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Ostrorög, castellano Międzyrzecensi,  
quid responsi Ioanni Łaski in negotio Lismannini a se datum sit, eum ex  
Eustathio Trepka cognitum esse scribit.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 401.*

Stanislao Ostrorok, 22 Aprilis.

Postulat Eustachio Trepka et Ioanni a Lasko fidem haberi.

Magnifice et Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Nobilis Eustachius<sup>1)</sup> Trepka, servitor noster, literis Magnificentiae Vestrae nobis exhibitis quaedam illius nomine retulit. Ad ea quid a nobis responsum sit, ex ipso Magnificentia Vestra intellectura est. Cui ut fidem referenti adhibeat, amice contendimus.

Quod ad Lismannini commendationem attinet, latere Magnificentiam Vestram nolumus fuisse apud nos Reverendum ac Generosum Ioannem a Lasko, qui inter cetera et ipsius quoque Lismannini nomine nobiscum egit. Ei quid responsi dederimus, partim ex eiusdem Eustachii Trepka relatione, partim ex responso nostro, quod scripto ei dedimus, cognoscet. Cupimus autem, ut Magnificentia Vestra per omnia de nobis sibi amici Principis benevolentiam polliceatur, ut qui nihil eorum, quae recte a nobis praestari poterint, et quantum rationes nostraferent, passuri sumus in nobis desiderari, sic sane, ut Magnificentia Vestra se et magni a nobis fieri et postulata quoque illius plurimum valere apud nos experiat, sicut latius haec ab ipso Eustachio Magnificentia Vestra intellectura est. Quam hisce feliciter valere exoptamus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *recte: Eustachius, ipse Trepka sic omnibus epistulis suis subscribit.*

N. 4687.

E Regio Monte, 22.IV.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Alberto Caprino, magistro.*

*pro clementiae suae contestatione decem florenos per Eustathium Trepka ei  
mitti* ("non quidem donarii alicuius loco, sed ut argumento saltem sint  
nos... ad commoda aliquando vestra... iuvanda promovendaque cle-  
menter propendere").

(Latine)

Cfr. El. XLV, N. 137.

Ostpr. Fol., vol. .55, ff. 401-402.

N. 4688.

E Regio Monte, 22.IV.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Francisco Lismanino*

*doleat, quod adversitatibus impeditus ad se venire non potuerit; integrum ei  
relinquit, ut, quando volet, se accedat.*

Cfr. El. XLV, N. 136.

Ostpr. Fol., vol. 55 ff. 402-403.

Francisco Lisemannino, 22 Aprilis.

Condolet adversitatibus illius facitque ei liberum, ut quando volet, Cel-  
studinem Suam accedat.

Venerande ac Eximie, nobis sincere dilecte.

Literas Dominationis Vestrae, 21 Martii scriptas, accepimus. Ad quas  
itinieri nunc accincti brevibus respondemus nos condolare Reverendae  
Dominationi Vestrae, quod adversitatibus et incommodis tot impedita sit,  
quominus nos accedere potuerit. Exoptamus autem, ut Dominus Deus  
Reverendam Dominationem Vestram illis impedimentis [f. 403] liberet. De  
nobis sane id sibi persuadeat nos, sicut proximiores nostrae habent literae,  
in Reverendam Dominationem Vestram eo adhuc animo esse, quo erga  
illam fuimus semper. Quod re aliquando ipsa, quantum rationes nostrae  
ferent, comprobaturi sumus. Integrum autem illi relinquimus, ut quando  
volet, nos invisat. Atque haec properanter quidem Venerandae Domina-  
tioni Vestrae respondenda esse ducimus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4689.

S.l., 22.IV.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Zborowski, palatinidi Posnaniensi, aulico suo,*

*literas eius, 26.III. ex Odolanów (Oddalanau) datas, se accepisse nuntiat et  
pro salutatione gratias agit ipseque eum salutat; tanta tamen gratiarum*

*actione pro monitis ei praebitis et benevolentia in aula sua exhibita opus non fuisse asserit, se enim illi in omnibus gratificari velle; rogat, ut officia sua patri eius [Martino Zborowski] deferat et eundem patrem omnesque fratres nomine suo salutet; de patris eius ad palatinatum Posnaniensem evictione gaudet et omnia fausta ei precatur etc.*

(Germanice)

Cfr. El. XL, N. 1644.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 351-353.

N. 4690.

E Regio Monte, 4.V.1558.

*Albertus dux in Prussia  
reginae Scotiae [Mariae]  
pro subditis suis Ioanne Ungerman et Martino ab Hofen, quibus navis a Sco-  
tis intercepta erat, intercedit et petit, ut eis iustitia administretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 405-407.

N. 4691.

E Regio Monte, 8.V.1558.

*Albertus dux in Prussia  
R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]  
rogat, ut a rege impetraret, quo Stanislao Hosio, regio ad imperatorem legato,  
negotium suum de constituendo ab imperatore loco et die investiturae  
[feudi Franconici] sibi conferenda et praestandi vicissim homagii, nec-  
non de tollendo proscriptionis decreto, committatur.*

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 407-408.

Vicecancellario, VIII Maii.

Petit, ut negotium Celsitudinis Suae iuvet apud S. Regiam Maiestatem et ut mandata eo nomine dentur Episcopo Warmiensi<sup>1</sup>).

Officia nostra etc.

Reverende in Christo Pater, Amice nobis perchare.

Ex literis nostris, quas S. Regiae Maiestati Poloniae etc., Domino nostro clementissimo, scripsimus et ad manus Reverendae Paternitatis Vestrae tradi iussimus, intelliget Reverenda Paternitas Vestra negotium nostrum, quod apud S. Regiam Maiestatem Suam hoc tempore expeditum cupimus. Quare cum Reverenda Paternitas Vestra in negotiis nostris hactenus promovendis amicissimi homini et coniunctissimi amici officio semper functa sit, eandem vehementer etiam atque etiam oramus, ut hac quoque vice suam nobis operam benigne praestet eoque incumbat, ut Reverendo in Christo Patri, Domino Stanislao Episcopo Varmensi, ad S. Caesaram Romanorum Maiestatem<sup>2</sup>] legato, negotium nostrum de [f. 408] impetrando loco et die ad investiturae collationem et homagii praestationem deque tollendo proscriptionis decreto, prout eadem ad S. Regiam Maiestatem nostrae habent literae, committatur. Hoc nobis Reverenda

Paternitas Vestra nihil neque gratius, neque magis necessarium facere potest, dabimusque operam, ut amicis studiis compensemus. Quam bene feliciterque valere percupimus. Datae Regiomonti etc.

C. S[ilvius]

1) Stanislaus Hosius.

2) Ferdinandus I.

N. 4692.

S.l., 10.V.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarlo,*

*regi in Poloniam profecturo omnia fausta et felicia exoptat; iucundum sibi cognitu fuisse nuntiat gratulationem suam ob novi imperatoris electionem reginae placuisse; palatino [Vilnensi] etiam in Poloniā ituro a Deo precatur, ut id iter ipsi honori et Regno usui esse possit; de exitu missio- nis Ioannis Łaski in aula regia, de discordia inter palatinū Vilnensem et capitaneū Samogitiae intercedente et de cogitato regis cum imperatore Vratislaviae conventu melius edoceri cupit; de negotio Georgii Bażyński et Henrici a Dohna, capitaneatum Tucholiensem ambientium, apud regem promoto, gaudet.*

*Cfr. El. XLIV, N. 126.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 354v-355.*

An Bernt Pohubeln, den 10 May etc.

Wir haben dein schreiben, den 26 Aprilis datirt, bekommen, inhalts nach der lenge lesendt eingenommen und verstanden. Sovil der ko.mt. zug nach der Chron zu Poln etc. anlangt, wunschen wir darzu Gottes gnade, segen und alle wolfart, bevorab das derselb zu gotlicher ehren erbreitreibung gereichen muge, und haben mit freuden gern vernohmen, das der ko.mt., unserer g.frauen<sup>1)</sup>, unsere gratulation wegen der keyserlichen wale<sup>2)</sup> also angenem gewesen. Solchs ist auch von uns anders nicht dann treuhertziger meinung beschehen und hergeflossen. Und thun uns pillich jederzeit des guten mit irer ko.mt. und den iren erfreuen.

Hirneben wunschen wir auch, das des woywoden etc.<sup>3)</sup> zug in die Chron zu Poln Gott dem hern zun ehren und der landt nutz gereichen muge.

Das hern Laisky<sup>4)</sup> und seinen beyhabenden nach unserm geringen mugen guter wille wider- [f. 355] faren, achten wir nicht unpillich. Mussen aber geschehen lassen, was die leuthe jeweilen reden, und ist unser gnediges begeren, du wollest uns mit dem furderlichsten wissen lassen, wie es die heilige zeit uber mit der ko.mt. plieben etc.

Die uneinigkeit der beden hern, des hern willnischen woywoden<sup>5)</sup> und starosten aus Samaiten<sup>6)</sup>, ist uns nicht lieb. Begern aber gnedigst, du wollest uns, wie die dinge derhalben pleiben, wissen lassen; daneben auch, ob etwas aus der zusammenkonft mit der key.mt. und ko.mt. zu Poln etc. zu Breslau werden will oder nicht und wann solchs geschehen solle.

Weil sich auch dein her<sup>7)</sup> uff etliche schriften, so uns durch dich von Ragnit ab sollen zugefertigt werden, referiren und ziehen thut, seint wir

derselben gewertig. Und haben des orths die putter und kese fur ire ko.mt. bestellet, des hastu des orths zu entpfangen und an geburende stelle zu bringen.

Letzlich haben wir gerne gehort, das die beden jungen hern, der von Baisen<sup>8)</sup> und her Heinrich von Donau, des ampts Tauchel halbe bey irer mt.. gefordert werden, mit gnaden begerendt, du wollest uns, was weiter furfelt etc.

Commissio Principis propria  
Bal[thasar] Ganss  
Secretar.

- 1) *Catharina.*  
2) *mense Februario 1558 Ferdinandus I ab electoribus Imperii imperator proclamatus erat.*  
3) *Nicolaus Radziwill "Niger", pal Vilnensis* (cfr. El. L. N. 126).  
4) *Ioannes Łaski.*  
5) *Nicolaus Radziwill "Niger".*  
6) *Hieronymus Chodkiewicz.*  
7) *Gabriel Tarlo.*  
8) *Georgius Bażyński, filius Ioannis, castellani Elbingensis († 1548).*

N. 4693.

E Regio Monte, 12.V.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*necessarium esse putat, ut rex in persona finium determinationi adsit, et petit diem lustrandorum finium sibi assignari; mittit iudicium iureconsultorum suorum de testamento mortuae matris regis [reginae Bonae]; rogat, ut episcopo Varmensi, regio ad imperatorem legato, negotium suum de conferenda sibi feudi Franconici investitura, praestando vicissim homagio et abrogando proscriptionis decreto committatur.*

Cfr. El. XXXI, N. 745.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 410-413.

Regi Poloniae, XII Maii.

Scribit nihil optabilius sibi accidere potuisse, quam si S. Regia Maiestas ipsa finium determinationi adesse potuisset, petit autem diem lustrandorum eorum sibi assignari. Item mittit iudicium et consilium iureconsultorum suorum de negotio testamentario matris mortuae<sup>1)</sup>. Item petit in mandatis dari Episcopo Warmensi<sup>2)</sup> negotium investiturae provinciae Francicæ.

Negotium item banni seu proscriptionis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime etc.

Ex literis S. Regiae Vestrae Maiestatis de regundis terminandisque inter Magnum Lithuaniae et meum Ducatum finibus intellexi, quid obstet, quominus S. Regia Vestra Maiestas ipsa praesens ei negotio adesse queat. In quo etsi nihil mihi clementius optabiliusque quam S. Regiae Vestrae Maiestatis praesentia accidere potuisset, tamen cum arduae S. Regiae Vestrae Maiestatis rationes obstent, officiosissime aequoque animo illis acquiesco, spem de S. Regiae Vestrae Maiestatis in me liberalissima pollitione optimam concipiens fore, ut quod S. Regia Vestra Maiestas pro sua singuli clementia in me collatarum recepit, id ipsum aequo per incli-

tos eiusdem commissarios ac personalem S. Regiae Vestrae Maiestatis praesentiam praestitum omnibusque limitum controversiis finem impositum iri. Sin vero (quod absit) res praeter S. Regiae Vestrae Maiestatis vel meam opinionem secus acciderit, tum sane in eo casu, fretus S. Regiae Vestrae Maiestatis clementissima iurisperitorum meorum iudicio examinandum dedisse, maiorem in modum oro, ut S. Regia Vestra Maiestas moram hanc aliquanto longinquiorem aegre ne ferat, praecipue cum haec deliberatio gravior fuerit, quam ut festinanter in ea ferri iudicium potuerit. Itaque adhibitis iurisconsultis meis hoc tandem, quod cum hisce mitto, iudicium eo in negotio conscripsi. Ex quo S. Regia Vestra Maiestas pro suo suorumque senatorum arbitratu longe prudentissimo id procul dubio statuet, quod sibi expedire statendumque existimaverit. Ego sane pro debito studio, officio et fide subiectionis id consulendum mihi esse putavi, quod et iuri consentaneum et S. Regiae Vestrae Maiestati honorificum et laudabile esset. Peto autem obnixe, ut S. Regia Vestra Maiestas id, quod pro tenuitate iudicii mei praestare potui, clementer bonique consulat.

Postremo posteaquam compcri S. Regiam Maiestatem Vestram Reverendum in Christo Patrem, Dominum Stanislaum Epicopum Varmensem, ad Serenissimam Imperatoriam Romanorum Maiestatem<sup>3)</sup> brevi ablegatram, magnam in spem adductus sum fore, ut S. Regia Maiestas Vestra mei quoque per eundem legatum clementer rationem habitura sit.. Non enim dubito, quin S. Regia Maiestas Vestra memoria clementer teneat, qua ratione non ita pridem ad S. Regiam Romanorum Maiestatem, sacerum et parentem suum colendissimum, nondum id temporis ad imperatoria dignitatis [f. 412] culmen evectum, pro me intercesserit, ut scilicet mihi investitura relictae provinciae felicis olim memoriae Domini Alberti iunioris, Marchionis Brandenburgensis, nepotis mei charissimi, quae hereditario iure ad me devoluta est, clementissime concederetur. Ad quam quidem S. Regiae Maiestatis Vestrae intercessionem (de qua magnas eidem et ago et habeo gratias) a S. Imperatoria Romanorum Maiestate benignissimum responsum obtinui, nempe S. Maiestatem Suam, ut primum sententiam Domini Marchionis Georgii Friderici intelligat, velle eam amplius de hoc negotio deliberare. Cum autem S. Imperatoria Maiestas responsum certum a dicto Marchione nunc habeat, cuius exemplum S. Sua Maiestas proximis his diebus ad me misit, et ipse Dominus Marchio, nepos meus charissimus, sese erga me declararit Suam Celsitudinem non obstare, quin mihi investitura conferatur, siquidem quod pacta avita, paterna et fraterna attinet, postmodum facile concordari posset, restat, ut iterum hoc nomine ad S. Caesaream Romanorum Maiestatem sollicitando et pro responso finali impetrando intercessio fiat.

Quare S. Regiam Maiestatem Vestram maiorem in modum subiectissime oro, dignetur hoc ipsum quoque negotium inter cetera legato suo committere, ut S. Caesaream Romanorum Maiestatem huius rei per occa-

sionem admoneat et diligenter ac sedulo instet pro obtinendo certo termino ac loco conferendae mihi meisve [f. 413] plenipotentibus investiture super dicta provincia et hereditate ad me iure devoluta, et vicissim praestandi homagii, uti in Sacro Romano Imperio vasalli Principes consueverunt. Quia vero metuendum est, ne proscriptionis decretum, a Camera Imperiali annis abhinc aliquot praeteritis ex divi parentis S. Regiae Vestrae Maiestatis inhibitione, ne coram eiusdem Camerae iudicibus me sisterem, contra me profectum, hac in re multum difficultatis sit paritum, rem plane necessariam S. Regia Vestra Maiestas factura videtur, si per eundem legatum suum de abrogando tandem penitusque tollendo eo decreto apud S. Imperatoriam Maiestatem diligenter nunc agat. Fore enim confido, cum eius negotii tractatio proxime a Sacro Romano Imperio ad S. Imperatoriae Suae et Maiestatis Vestrae amicabilem transactionem remissa sit, S. Imperatoriam Maiestatem Suam postulatis S. Regiae Vestrae Maiestatis benignam facilemque, si antehac unquam, pro auctoritate nunc imperatoria locum daturam esse. Hac re S. Regia Maiestas Vestra nihil mihi hoc tempore gratius, nihil optabilius, addo etiam magis necessarium facere poterit. Quod quidem omni genere debitorum officiorum S. Regiae Maiestati Vestrae compensare et digne promereri sedulo conabor. Christus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram diutissime salvam, incolumem et florentem conservet ac tueatur. Datae Regioni monti.

A. M[untzer]

- 1) *Bona.*
- 2) *Stanislaus Hosius.*
- 3) *Ferdinandus I.*

N. 4694.

*E Regio Monte, 12.V.1558.*

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
Benedictum Keyper, pyxidarii munere per aliquod tempus apud se functum,  
commendat et petit, ut ipsum numero regiorum pyxidariorum ascribere  
velit.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 413-414.*

N. 4695.

*E Regio Monte, 12.V.1558.*

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
de eius in commissarium ad limites inter Lithuaniae et Prussiae Ducatus  
lustrandos et regundos designatione gaudet et sperat eum fauorem sibi  
fore in obtinendis eis, quae sibi in hoc negotio a rege promissa sunt; diem  
lustrandorum limitum sibi assignari petit.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 408-409.*

N. 4696.

E Regio Monte, 12.V.1558.

*Albertus dux in Prussia  
palatino Masoviae [Stanislao Ławski]  
significat capitaneum suum Ortelsburgensem [Szczynensem] graviter sibi  
conquestum esse "de quodam insigni nebulone Christophoro Strack-  
fuss, in districtu Zechanoviensi degente", qui in Ducatu suo multa et  
gravissima facinora perpetravit (inter alia nobilem quendam atrociter  
interfecit, praedium eius incendio delevit, aliis frumentum igne consump-  
sit et equos furtim abduxit etc.), et rogat, ut eundem pacis et tranquillitatis  
publicae turbatorem et eius complices comprehendendi et in vincula coniici  
iubeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 415-417.

N. 4697.

E Regio Monte, 4.VI.1558.

*Albertus dux in Prussia  
R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]  
Erhardum a Kunheim, subditum suum et vicecancellarii servitorem, ad eum  
redeuntem, commendat et rogat, ut qua gratia et favore hactenus ipsum  
prosecutus est, etiam porro prosequatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 414-415.

N. 4698.

E Regio Monte, 6.VI.1558

*Albertus dux in Prussia  
Ioanni Łaski  
Horatio Curioni, aulico suo, in Polonię misso, se iniunxisse nuntiat, ut eum  
quoque accederet ac salutaret, et rogat, ut ei nomine suo quaedam refe-  
renti plenam fidem adhibeat.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1645.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 417.

N. 4699.

S.l., 7.VI.1558.

*Albertus dux in Prussia  
Catharinae reginae Poloniae  
per Erhardum a Kunheim eam salutat et omnia fausta ac felicia ei exoptat; de  
valetudine eius certior fieri cupid et eundem a Kunheim ei commendat.  
(Germanice)  
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 356-356v.*

N. 4700.

S.l., 7.VI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,  
pro benevolentia subditu suo et fidi servitori, Erhardo a Kunheim, in aula  
regia exhibita gratias agit et rogat, ut eum reginae Poloniae diligenter  
commendet.*

(*Germanice*)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 355v-356.*

N. 4701.

S.l., 9.VI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,  
sperat marscalcum Livoniae regi curae fore; de rerum statu in Livonia et de  
bello, quod istic [contra Moschum] geritur, dolet et timet, ne, Livonia in  
potestatem Moschi redacta, Lithuania valde periculosum vicinum conse-  
quatur; de aegritudine eius dolet et, in eventum mortis, eum consolatur;  
obsequia sua reginae deferri petit et litteras, quas mittit, tradi; de palatino  
Trocensi capitaneo M.D.L. exercituum in bello contra Moschum nomi-  
nato gratulatur et omnia fausta ei exoptat; de Ioannis Hornostaj aegritu-  
dine dolet.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 356v-358v.*

An hern Terla, den 9 Junii 58.

Wir haben bey unserm jungen, dem Rentzel, [f. 357] euer schreiben empfangen und inhalts verstanden. Nun ist nicht ohne, unser rath Wentzel Schack hatt uns allerley, sonderlich wie des hern landtmarschalchs<sup>1)</sup> hendl gewant, berichtet. Und zweifeln gar nicht, die ko.mt. werde den guten frommen hern in gnedigem bevelich halten und des mit gnaden fördern, so zu seinem nutz sein möge.

Wie es itzo leider in Eyfflandt stehet und wie die unnötigen kriege, so man wol hette nachlassen und bis zur noth sparen mogen, gerathen (des uns doch, Gott kenne es, hertzlich leidt), werdet ir wissen. Dann weil der Muscowitter<sup>2)</sup> die Narve eingenommen und in Eyfflandt tiranisiert, ist es warlich geferlich und sonderlich dem grosfursthenthumb Littauen ein schedlicher nachpar. Hoffen aber, die ko.mt. als ein wachender furst werden in zeit darnach zu trachten wissen, damit aller vermuttender nachteil vorkomen solte, dann so der Muscowitter Eyfflandt unter sein gewalt bringen sollte, wurde warlich Littauen ein bosen nachpar erlangen.

Mit des Rentzels langen aussenbleiben seint wir [f. 357v] wol zufriden, können wol gleuben, der hendl im auszuge sich allerley gefunden, darob die verhindernuss eingefallen. Mitleidlich aber ist uns eur schwachheit, damit ir etwas heimgesucht gewesen, zu horen. Weil es aber ein anzeigen, das uns Gott lieb hat, und ein erinnerung, das wir keine bleibende stadt uff diser erden haben, ist, zweifeln wir nicht, ir werdet euch in eurer schwachheit also wissen zu schicken, damit ir in guter hoffnung des ewigen lebens mit gutem gewissen gegen Gott stehn, und do das stundlein kompt, euer

sehle dem Hern seliglich auf die gnade Jhesu Cristi, damit er fur uns gnug gethan, und uf die gerechtigkeit, die er selbst ist, uffopfern möget. Dann ob wir wol sunder sein, kan doch unser sunde seine gerechtigkeit nicht untertrucken, sonder unser heilandt triumphiret über unser sunde und lest uns in unsern sunden nicht verterben, sofern wir sein hoffnung auf in stets setzen und haben, wie wir dann, das ir aus Gottes wort also dessen belernet, wissen damit wir euch disfals nicht furschreiben durffen. Und wunschen euch langwirige [f. 358] gesuntheit, also auch zu dem verreisen beder ko.mt. Gottes gnade, gluck und segen. Und ist uns lieb zu hören, das könig Maximilian<sup>3)</sup> und der hertzog aus Beyren<sup>4)</sup> zu irer mt. kommen wollen. Möchten uns mit den frommen hern, so es Gottes wille und sein konte, in kundtschaft gerne begeben, wollen aber erwarten eur disfals, wie ir euch erbietet, fernern eroeffnung.

Unser g.frauen, der konigin<sup>5)</sup>, wollet unser treue dinst und alles guts wunschen, auch zum hochsten fur die beschehene beförderung und erbieten dancken, dann ire ko.mt. uns zuvil überflussig dienen. Schicken euch auch ein schreiben hiemit ahn ire mt., solchs wollet irer mt. behendigen. Wir haben auch gern vernommen, das der ko.mt. die putter und kese angenehme gewesen, und haben itzo gen Ragnit den bevelich gethan, das irer mt. bey eurem diener Pohubeln, wann der aldo ankompt, mer putter und kese soll geschickt werden.

Zu des woywoden von Trocken<sup>6)</sup> heuptmanchaft wunschen wir gluck und heil. Begeren auch gnedigist, ir wollet ime, do er noch bey euch ist, von unsertwegen darzu Gottes gnade, segen und [f. 358v] gluck wunschen, das wo Muscowitter, Tattern oder Turken, oder ander feinde sich zu der Chron notigen, durch in vil gedienet werde, ime auch unsere bruderliche dinst ansagen.

Des Hornostai<sup>7)</sup> krankheit ist uns treulich leidt. Wunschen ime allein Gottes erkantnuss, und do es seiner sehlen heil, das im der liebe Gott das leben noch fristen, wo nicht, seliglich hinnemen wolle.

Zu den hochzeiten der beden hoffleuthe wunschen wir gluck und heil, und das es inen, wie uns und andern eheleuthen, gehen moge etc. Und wolten euch etc.

H. Sten[drich]

1) Caspar a Münster.

5) Catharina.

2) Ioannes IV Basilides.

6) Nicolaus Radziwill "Rufus".

3) Maximilianus II rex Bohemiae electus.

7) Ioannes Hornostaj, palatinus Novogrodensis,  
M.D.L. thesaurarius.

4) Albertus V.

N. 4702.

S.l., 17.VI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,*

*pro Gulielmo Skrzyniecki patria sua, Regno Bohemiae, expulso, intercedit et  
rogat, ut eum iterum regi commendet, quo apud imperatorem Ferdinandum,  
nunc crebris intercessionibus, ut ipse asserit, sibi clementiorem fac-  
tum, pro eo operam suam denuo interponat.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 358v-360.*

N. 4703.

*E Regio Monte, 20.VI.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut pro Gulielmo Skrzynecki, exule Bohemo, apud imperatorem, cuius animum in se nunc crebris regis intercessionibus clementiorem factum esse ipse asserit, denuo intercedat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 418-419.*

N. 4704.

*E Regio Monte, 20.VI.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Eustathio Trepka, verbi ministro,*

*hortatur eum, ut Ioanni Daubman, typographo, debitam pecuniam tandem solvat, quo et ipse sibi debitum reddere queat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 420.*

N. 4705.

*E Regio Monte, 20.VI.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Trzebuchowski, regii cubiculi praefecto,*

*pro senatu Elbingensi, "crebris poenalium citationum et mandatorum interminationibus exagitato".*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 420-421.*

Nicolao Tzrebokowski, mutatis mutandis Vicecancellario<sup>1)</sup>, XX Iunii.  
Pro Elbingensibus.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Scrisimus aliquoties, sicut meminit Magnificentia Vestra, ad S. Regiam Maiestatem Poloniae etc., Dominum nostrum clementissimum et consobrinum charissimum, in negotio, quod senatui Elbingensi quorundam instinctu datur, petitumqua nobis est, ut ne S. Regia Maiestas Sua permitteret in unius [f. 421] aut alterius hominis gratiam senatum eum crebris poenalium citationum et mandatorum interminationibus exagitari, plurisque faceret totius magistratus in ea civitate fidem, a multis annis probatam, quam odio fortassis quaesitas quorundam accusations. Cum autem significatum nobis sit primarios eius senatus proconsules et consules sub poena amissionis omnium bonorum ad tribunal S. Regiae Maiestatis denuo citatos esse, fidei nostrae debito adducti praetermittere non potuimus, quin S. Regiae Maiestati officiosissime in memoriam revocaremus ea, quae a nobis antea hoc in negotio scripta sunt. Quia vero Reipublicae salutem non minus Magnificentiae Vestrae ac nobis curae esse scimus, mittimus Magnificentiae Vestrae earundem literarum nostrarum

exemplum eandemque amice petimus, suas ut nostris apud S. Regiam Maiestatem adiungat preces, ut S. Regia Maiestas Sua senatus Elbingensis totiusque Reipublicae clementem rationem habere dignetur, ne quod non levibus indicis apparet, ex parva hac, ut videtur, scintilla magnum aliquando incendium exsurgat, cui praeveniendo non modo Magnificentiam Vestram pro fide in S. Regiam Maiestatem singulari sua, sed ultro quoque pro benevolentia in senatum Elbingensem non vulgari propendere ilam minime dubitamus. Erit hoc Magnificentiae Vestrae honorificum et cum salute totius Reipublicae, vel potius cum commodo et utilitate S. Regiae Maiestatis coniunctum, nobis autem Magnificentia Vestra rem factura est longe gratissimam. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Ioannes Przerembski.*

*N. 4706.*

*Insterburgi, 26.VI.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*sibi gratum fuisse nuntiat, quod de concordia inter theologos suos inita gratulatus est; propter sparsa Posnaniae exempla responsi sui ad supplicacionem eius se non videre asserit, quomodo eius rei culpa sibi imputari possit; de discordia inter eum et theologos suos de principali Eucharistiae articulo sibi bene constare scribit et non videt, cur Łaski mutuam cum theologis suis societatem et consensum tantopere extollat; in re sacramentaria se cum eo minime consentire affirmat et aegre ferre, quod eiusmodi consensum iactet.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 426-429.*

*Ioanni a Lasko, XXVI Iunii.*

Scribit iucundum sibi fuisse illud, quod concordiae theologorum Celsitudinis Suae gratulatur. Excusat deinde se, quod responsum ad supplicem libellum socrorum suorum datum non sparserit, scribitque graviter se ferre, quod palam apud multos iactitaverit idem Celsitudinem Suam, quod ipse, de Sacramento significativo sentire.

Salutem et benevolentiam nostram.

Reverende ac Generose, sincere nobis dilecte.

Literas Reverendae Generositatis Vestrae, Lancitiae I Iunii datas, acceptimus ac principio ex iis intelleximus, quantopere Reverenda Generositas Vestra ex successu rerum Prutenicarum, quo animi theologorum nostrorum de articulo iustificationis, iam [f. 427] longo tempore dissentientes, compositi et ad concordiam revocati sunt, exhilarata sit. Quae res lectu nobis iucunda fuit, gratulamurque Ecclesiae felicitatem et nobis magnopere gaudemus. In primis autem Deo omnipotenti, omnis concordiae auctori, pro eo beneficio summas agimus gratias, suppliciter porro petentes, ut is concordiam hanc ratam et diuturnam esse velit clementerque concedere, ut in omnibus universi orbis ecclesiis stabilis concordia, firma pax et animorum mutua consensio iuxta verbum Dei constituatur, omnia scandala,

dissensiones et lites earumque occasiones, causae ac fomites sopiantur, evitentur et de medio tollantur.

Quod autem Reverenda Generositas Vestra non minore tristitia postmodum affecta sit propter sparsa Posnaniae exemplaria responsonis nostrae ad supplicationem Reverendae Generositatis Vestrae datae, eius rei culpa quomodo in nos transferri nobisque imputari possit, minime perspicimus, siquidem nemini, quod sciamus, praesertim in Regno Poloniae a nobis id negotii communicatum fuit. Veremur autem, ne ab iis, qui una cum Reverenda Generositate Vestra ei actui vel colloquio interfuerunt, quive crebro conversati sunt, emanarit.

In colloquio cum theologis nostris habito quid actum et quatenus conventum sit, non ignoramus, nempe quod de principali articulo Eucharistiae concordia iniri non potuit, quemadmodum ex responso a theologis nostris conscripto, quod Reverendae Generositati Vestrae superioribus his diebus per nuntium nostrum misimus eique traditum esse non dubitamus, clare liquet. Quam igitur ob causam Reverenda Generositas Vestra istum consensum et mutuam societatem cum nostris theologis tantopere efferat, iactet et extollat, non videmus. Satius esset pro nostro iudicio et captu rei veritatem patefacere omnibus, quam innocentes suspicione gravare.

[f. 428] Excusat se porro Reverenda Generositas Vestra, quod exemplar illud responsonis nostrae nemini nisi fratribus quibusdam legendum, sed non describendum dederit, et quod nihil de nostra persona gloriata sit. Quae si ita sunt, libenter sane audimus et grata nobis accident. Nolumus tamen Reverendam Generositatem Vestram clementer celare nobis ab hominibus fide dignis perscriptum esse, Reverendam Generositatem Vestram Gedani iactasse, nos in re sacramentaria cum Reverenda Generositate Vestra prorsus et ad amussim consentire, nosque adeo patrocinium eius rei promisisse. Quae res non mira solum nobis visa est, sed etiam, ut verum fateamur, graviter nos afficit et plane perturbavit, quippe in tantam suspicionem nos immerenter adducens, ut multi improbe de nobis et sinistre suspicatur sint.

Praeterea ad nos perlatum est Reverendam Generositatem Vestram non Gedani solum hoc iactasse, verum etiam tum apud Illustrem Principem, Dominum Nicolaum Radzivill, Ducem Olicensem etc., tum apud Magnificum Dominum Palatinum Cracoviensem<sup>1)</sup> nos insimulasse, quod de significativo corpore Christi in Sacramento idem cum Reverenda Generositate Vestra sentiamus. Quod cum magna suspicione nos gravet et aliis itidem hominibus dubitandi occasionem praebat, vel potius in errorem inducat, aequum plane censemus et summe necessarium, siquidem animae nostrae salutem considerare volumus, contra tales [f. 429] suspiciones rei veritatem patefacere, quod scilicet a verbo Dei et ab Augustana Confessione in hac parte nihil discessimus, quemadmodum Reverenda Generositas Vestra ex responso cum nostro, tum theologorum nostrorum haud dubie cognovit, nobis de significativo corpore in Sacramento cum Reverenda Generositate Vestra minime convenire. Unde factum est, ut in iustificationem veritatis illud ipsum responsum aliis quibusdam, sed paucis quidem piis et doctis viris secreto communicandum censuerimus. A quibus emanare latius in hac temporis angustia vix sane potuit.

Ceterum Reverenda Generositas Vestra hanc scriptiōnem non eo interpretari velit, quasi alieniores ab ea facti simus, sed quod summa necessitate nostra postulante ita scribendum fuit, clementer petentes, ut Reverenda Generositas Vestra a talibus vel scriptis vel sermonibus, quae suspicione nos onerant, in posterum sibi temperet. Hortamur extremo Reveren-

dam Generositatem Vestram, ut salutari nostro consilio, quod eidem Regiomonti coram dedimus, tandem acquiescat, nempe ne rationem suam in divinis rebus et captum humanum excedentibus magistram et ducem sequatur, sed eam potius captivam ducat atque hoc summa animi contentione incumbat, ut Ecclesia Polonica uniformis fiat cum iis ecclesiis, quae Confessionem Augustanam amplectuntur, quo una tandem ubique sit Ecclesia sub uno capite Christo. Hoc nihil gratius Reverenda Generositas Vestra Deo Optimo Maximo facere, nec alia via communi patriae melius inservire potest. Quod nos clementer compensare studebimus. Datae Insterburgi.

C. S[ilvius]

1) Stanislaus Tęczyński.

N. 4707

S.l., 26.VI.1558.

*Albertus dux in Prussia  
Eustathio Trepka  
vituperat eum, quod aliquot exemplaria respcionis suae Ioanni Łaski datae  
Posnaniae sparserit.  
Cfr. El XLV, N. 142.  
Ostpr. Fol., vol. 55, f. 430.*

Eustachio Trepka, XXVI Iunii.

Scribit se aegre ferre, quod exemplum responsi Ioanni a Lasco dati sparserit.

Generose, Fidelis nobis dilecte.

Nolumus Generositatem Tuam celare Reverendum Dominum Ioannem a Lasko his diebus ad nos scripsisse nobisque significasse, supra viginti exemplaria respcionis nostrae ad eius supplicationem, quam nuper Regiomonti nobis exhibuerat, Posnaniae sparsa esse. Cum autem nemini id loci hoc responsum communicaverimus quam tibi, subit animum nostrum cogitatio a te emanasse. Quare quod hac in re prudentius et cautius non egeris, vehementer miramur, praesertim cum ea conditione tibi exemplum nostrae respcionis tradiderimus, ne longe lateque in vulgus spargeretur. Dabis igitur operam, ne pluribus et iis, quibus minime vel oportuit vel decuit, tam id responsi quam etiam theologorum nostrorum scriptum porro communicetur. Bene valeas etc.

C. S[ilvius]

N. 4708.

E Regio Monte, 27.VI.1558.

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Radziwitt "Rufo" et, mutatis mutandis, Ioanni Przerembski et Hieronymo Makowiecki  
iterum intercedit pro subdito suo Christophoro Ottendorff, ut immunitatem*

*quandam in solvendis teloneis a rege consequi possit, scil. ut "ei liceat id pendere ex mercibus et ea libertate telonei uti, qua mercatores Wilnen-ses in Lithuania et Posnanienses in Polonia utuntur".*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 430-431.*

N. 4709

*Stradaun, 2.VII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*petit iterum, ut episcopo Varmensi, regio ad imperatorem legato, iniungere velit, ut accurate agat, quo sibi tandem locus et dies conferenda investiturae feudi Franconici et praestandi homagii ab imperatore constituatur.*

*Ostpr. Fol., vol 55, ff. 432-433.*

Regi Poloniae, 2 Iulii.

Petit intercessorias ad Imperatorem<sup>1)</sup> preces pro consequenda investitura feudi Francici.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram recenti memoria tenere non dubito me non multo abhinc elapso tempore eandem per literas meas subdite rogasse, ut Reverendo Domino Episcopo Varmensi<sup>2)</sup>, ad invictissimam Imperatriciam Romanam Maiestatem legato, negotium meum de impetranda investitura super reicta provincia Illustrissimi olim piae memoriae Domini Alberti iunioris etc., Marchionis Brandenburgensis, nepotis mei ex fratre charissimi, hereditario iure [f. 433] ad me devoluta, clementer commendare dignaretur. Ad quas quidem literas meas cum hactenus responsi nihil obtinuerim, duxi denuo S. Regiam Maiestatem Vestram ea de re subiectissime compellandam admonendamve, tum quod necessitas mea vel inprimis hoc flagitat, tum quod confidam hoc negotii per hunc S. Regiae Maiestatis Vestrae legatum felicissime confici et ex sententia expediri posse.

Peto itaque ea contentione et studio quo possum maximo, ut S. Regia Maiestas Vestra dicto suo legato clementissime iniungere velit, ut illud ipsum negotium, quod permagni mea refert, ad S. Caesaream Romanam Maiestatem ita diligenter et accurate agat, ut tandem conferenda mihi investiturae et praestandi vicissim homagii locus et dies certus constituantur, ne ea ex re in longum protracta detimenti quid capiam. Inprimis autem vehementer oro, ut S. Regia Maiestas Vestra, quicquid mandati ad Reverendum suum legatum hoc nomine dare voluerit, per praesentem nuntium ad me mittat, dabo enim operam, ut Reverendae Paternitati Suae celerrime perferatur. Hac re nihil S. Regia Maiestas Vestra hoc tempore gratius nihilque magis necessarium mihi praestare potest. Quod omni studio et officio subdite demererri quovis tempore conabor. Christus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram diutissime salvam et incolumem conservet. Datae Stradaun.

C. S[ilvius]

1) *Ferdinandus I.*

2) *Stanislaus Hosius.*

N. 4710.

Stradaun, 2.VII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*rogat, ut negotium suum, de quo ad regem scribit, scil. de impetranda investitura super relicta provincia Alberti olim iunioris, marchionis Brandenburgensis, auctoritate sua ita iuvare et promovere velit, ut eadem sua causa episcopo Varmensi [Stanislao Hosio] ad imperatorem in legatione proficisci committatur (cfr. N. praeced.).*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1651.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 431-432.

N. 4711.

S.l., 2.VII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,*

*litteras eius, 22.VI. Vilnae datas, se accepisse nuntiat; pro dolore ob marscalci Livoniae [Casparis a Münster] infelicem sortem exhibito gratias agit; de meliore eius valetudine gaudet; de conatibus Moscovitarum timet et Deum orat, ut omnia in melius vertat; de morte Ioannis Hornostaj, M.D.L. thesaurarii, dolet; imaginem sui depictam dono mittit ("wiewol es uns was zu roth und zu hupsch bedunckt").*

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 205.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 360-361v.

N. 4712.

Lyck (Elk), 5.VII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*capitaneo Visnensi*

*de subditis suis districtus Licensis, inusitatibus exactionibus et vectigalibus in districtu eius Visnensi contra pacta, ab utriusque partis commissariis conventa et confirmata, gravatis, queritur et postulat, ut hominibus suis mandet, quo se ab eiusmodi audacia abstineant.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 433-434.

N. 4713.

E Regio Monte 20.VII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi poloniae*

*pro senatu civitatis Elbingensis, falsis delationibus et accusationibus a quibus-*

*dam civitatis eiusdem incolis, praesertim vero a nonnullis senatus iurisdictione exemptis, turbato et molestato.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 422-423.*

Regi Poloniae, XX Iunii.  
Pro Elbingensibus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime etc.

Meminisse S. Regiam Vestram Maiestatem existimo aliquoties me et coram et per literas S. Regiae Vestrae Maiestati negotium senatus Elbingensis commendasse in eo, quod is non modo crebris citationibus et evocationibus contra morem et antiquam consuetudinem se praegravari, sed instinctu quorundam multis quoque rationibus aegre sibi fieri questus est. Quia vero renuntiatum mihi est quattuor primarios eius senatus proconsules et consules, integritate, fide et observantia in S. Regiam Vestram Maiestatem viros, me teste, praestantissimos, sub gravi interminatione et poena ad tribunal S. Regiae Vestrae Maiestatis personaliter citatos esse, pro ea fide, quam S. Regiae Vestrae Maiestati debeo, facere non potui, quin commendatione illos mea prosequerer.

Obscurum S. Regiae Vestrae Maiestati non est, quantum intersit, ut in Republica bene constituta animi eorum, qui imperant et qui imperio subiecti sunt, siquidem socia corporis unius membra sunt, mutua inter se coniunctione devincti sint, ut ne hi, quos Deus magistratum gerere voluit, iis, quos regere imperio debent, vilipendio aut contemptui exponantur. Elbingensem itaque Rempublicam, a multis annis tranquillam, senatumque eius civitatis ad quaevis S. Regiae Vestrae Maiestatis [f. 423] postulata obsequentissimum, ad unius atque alterius hominis frivolam fortassis accusationem turbari vel exagitari a S. Regiae Vestrae Maiestati et Reipublicae expeditat, ipsa S. Regia Vestra Maiestas facile iudicare potest. Ego sane timeo, ne (quod Deus aliquando avertat) ea res turbam civilem excitet, praesertim cum audiam esse quosdam in ea civitate senatus iurisdictione exemptos, qui libertate sua abutentes non modo senatus dicto non audientes esse, sed varia quoque in magnum magistratus eius vilipendium agere et moliri dicuntur. Quae res ut malo est aliis exemplo, ita ad dissidia, odia et seditiones plerumque fomento esse consuevit.

Hinc S. Regia Vestra Maiestas prudenter secum expendat, quanto cum incommodo seniores et primarii proconsules et consules ad S. Regiam Vestram Maiestatem evocati multis exacerbationibus laborantem et dissidentem Rempublicam, sicut navem gubernatore carentem, si se omnes S. Regiae Vestrae Maiestati sistere deberent, post se relicturi essent. Itaque maiorem in modum S. Regiam Vestram Maiestatem oro, obtestor obsecroque, ut haec clementer consideret, nec patiatur ob unius aut alterius hominis inquieti licentiam vel querelas totam Rempublicam periculo exponi, sed pluris hac in re faciat, sicut facere illam scio, integerrimorum virorum fidem, longa annorum serie S. Regiae Vestrae Maiestati bene exploratam multisque obsequiorum et observantiae argumentis ad quaevis S. Regiae Vestrae Maiestatis iussa et postulata comprobatam, proque regia clemencia et meo fideli hoc rogatu senatum praedictum sibi commendatissimum habeat, neque gravius aliquid in eum statui permittat. Erit hoc cum S. Regiae Vestrae Maiestatis commodo et dignitate coniunctum, Reipublicae autem salutare. Ego vero quibuscumque potero officiis demereri id ipsum studebo. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4714.

Insterburgi, 24.VII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Procpio Sieniawski, dapifero Leopoliensi,  
de reditu eius ex Hungaria, de quo ex Marcello Konarski, cubiculario suo ex  
Podolia reverso, se cognovisse scribit, gratulatur et rogit, ut de statu regi-  
nae Isabellae et filii eius [Ioannis Sigismundi] sibi perscribat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 433-434.*

N. 4715.

E Regio Monte, 24.VII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Iacobo Heraclidi Basilico, despotae Sami,  
litteras eius, ex Jassy in Moldavia 25.V. datas, se accepisse et rerum eius sta-  
tum cognovisse nuntiat; in signum benevolentiae erga eum suae mittit ei  
dono "duo tormenta bellica campestria ex minoribus, quae falconetae  
vocantur, cum globis centum et aliis pertinentiis".*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 435-437.*

N. 4716.

E Regio Monte, 24.VII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Moldaviae [Alexandro IV]*

*Iacobum Heraclidem Basilicum, despotam Sami exulem, commendat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 437-438.*

N. 4717.

E Regio Monte, 26.VII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*reginae Angliae [Mariae]*

*pro benevolentia, factori eius Gulielmo Watson et aliis eiusdem subditis exhib-  
ita, tanta gratiarum actione opus non fuisse scribit; nuntiat praeterea se  
subditis suis in Ducatu suo varias libertates mercandi et negotiandi con-  
cessisse et propterea multorum odia et offendiones incurrisse, itaque coac-  
tum esse eis eiusmodi libertates nunc denegare, donec "inclitum Angliae  
Regnum aequis transactionibus cum maritimis civitatibus convenerit".*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 438-440.*

N. 4718.

E Regio Monte, 28.VII.1558.

*Albertus dux in Prussia  
capitaneo Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz]  
pro Georgio Schwab, subdito et tabernatore suo in Wischwille, qui a quibus-  
dam debtoribus suis debitam sibi pecuniam consequi non potest, interce-  
dit et rogit, ut iustitiam ei administrari faciat.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 440-441.*

N. 4719.

E Regio Monte, 4.VIII.1558.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
de statu rerum Livonicarum et de Moscovitarum in Livonia bellicis successi-  
bus refert et regem hortatur, ut de avertendo imminentि periculo tempe-  
stive cogitet.  
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 424-426.*

Regi Poloniae, ist den 4 Augusti ausgangen<sup>a</sup>).  
Scribit, quomodo se res Livonicae habeant, suadetque, ut in tempore  
imminentи periculo invigilet.

Serenissime Rex, Domine Clementissime etc.

Etsi cognovisse S. Regiam Vestram Maiestatem minime dubito, quo in  
statu nunc versentur res Livonicae, tamen et ea, quae a Reverendissimo  
Domino Archiepiscopo Rigensi<sup>1)</sup>, fratre meo charissimo, citis itineribus  
mihi renuntiata sunt, ad S. Regiam Vestram Maiestatem perscribenda esse  
duxi. Legati Livonienses, qui pro pace constituenda ad Moschum<sup>2)</sup> missi  
fuerant, domum reversi hoc responsi retulerunt: postulare omnino  
Moschum, ut Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Rigensis cum  
Magnifico Domino Ordinis Magistro<sup>3)</sup> et Episcopo Derptensi<sup>4)</sup> personaliter  
se illi sistant debitamque reverentiam exhibeant atque eam summam,  
quam sibi ex tota Livonia debere dicit, persolvant. Hoc si fecerint, gratiae  
et clementiae apud se locum fore, in quantum aequum ei videretur.

Interea autem temporis dum de iniquissimis hisce conditionibus et  
quo pacto immanitas hostis refrenari queat, consultatur, totus episcopatus  
Derptensis in ditionem Moscho cessit, occupatis praeterea ab eo alis  
castris cum oppidis, videlicet castrum cum civitate Narva, [f. 425] Novum  
Castrum, Nova Domus, castrum Kirchenchenpehe<sup>z</sup>), castrum Ulsen, sic  
sane, ut Magnificus Ordinis Magister, castris suis remotis, hosti tergum  
vertere coactus sit, potissima et praestantiore machinarum bellicarum par-  
te, hoste illum velociter subsequente, in episcopatu Derptensi amissa. Esse  
autem Ordinis Magistrum cum suis nunc Wendae atque ibi deliberare,  
quid ad reprimendum hostem vel tutandam saltem salvam adhuc provin-  
ciae illius partem expediat, tametsi trepidationis illic plena esse omnia vel  
inde appetat, quod una dierum Magnifico Domino Magistro, hostem  
aggredi volente, desiderati sint ex equitibus suis trecenti, qui se clam ex  
castris subduxerant, tum quod plerique ex primoribus Ordinis receptui se

dare bonisque et vitae fuga consulere dicuntur. Fertur et ipse Magnificus Dominus Ordinis Magister res suas omnes in arcem Dunemundam transportandas curasse, quod non tam defensioni, quam fugae maritimae commodus is locus sit.

Hinc cum S. Regia Vestra Maiestas pro sua singulari prudentia et providentia facile intelligat, quanto in periculo Livonia versetur, quantumque referat propinquum hoc parietibus S. Regiae Vestrae Maiestatis malum non leviter haberi, maiorem in modum ac subiectissime S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut quod tacente me facere illam minime dubito, haec clementer secum expendat rationesque in tempore ineat, quibus foribus imminentि periculo tempestive occurri possit. Quam potentem enim S. Regia Vestra Maiestas hostem, occupata Livonia a Moscho, habitura esset, et quam parum ille, oblata aliqua saltem [f. 426] vel alicunde arrepta occasione, pacis seu foederum rationem habeat, obscurum S. Regiae Vestrae Maiestati non est, ut vigilantia opus esse nemo sit qui non videat.

Itaque cum vere dicatur: tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet, meliusque sit praevenire quam praeveniri, dubium mihi nullum est S. Regiam Vestram Maiestatem, sicut in aliis consuevit omnibus, hic quoque prudentia et providentia sua ac celeritate bene deliberata usuram esse, ne (quod Deus avertat) damno iam accepto illud non putaram nimis serum dicatur. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem Rege in primis christianissimo vicesque et calamitates vicinorum populorum commiserante dignam, sibi vero terrisque suis pernecessariam quam utilem. Datae Regiomonti.

a) *pro expuncto*: Ultima Iulii suprascriptum. In  
marginē nota: Diese coepi ist ein zzeitlang  
vorhalten wurden.

z) *sic in ms.*

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

2) *Ioannes IV Basilides.*

3) *Gulielmus a Fürstenberg.*

4) *Hermannus II Wessel, episcopus Tarbatensis.*

N. 4720.

E Regio Monte, 16.VIII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Christophoro duce Megapolensi intercedit et rogat, ut apud pontificem et imperatorem agat, quo in coadiutoria Rigensi confirmetur.*

*Cfr. E. XXXI, N. 750.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 441-442.*

Regi Poloniae, XVI Augusti.

Petit, ut apud Pontificem<sup>1)</sup> et Imperatorem<sup>2)</sup> pro Duce Christophoro Megapolensi intercedat pro consequenda confirmatione ratione coadiutoriae Rigensis.

Serenissime Rex, Potentissime Princeps etc.

Quandoquidem opera et autoritate S. Regiae Vestrae Maiestatis intercedente (quo nomine eas, quas debo, S. Regiae Vestrae Maiestati gratias ago permaximas) Reverendus et Illustris Dominus Christophorus, Dux Megapolensis, in Coadiutorem archiepiscopatus Rigensis electus est, referre nunc Illustritas Sua existimat, ut de more solito electio illa tam Pontificis Maximi, quam S. Imperatoriae Maiestatis consensu confirmetur.

Quia vero minore cum difficultate literis S. Regiae Vestrae Maiestatis intercessoriis consequeturum se id plane confidit, spemque vel inde maximam in S. Regiam Vestram Maiestatem collocat, quod ipsa clementissimum patrocinium curamque paternam Reverendae Illustritati Suae promiserit, [f. 442] officiosissime peto, ut S. Regia Vestra Maiestas, sicut ab initio usque totius huius negotii benigne Illustritatem Suam iuvit, nunc quoque in consequenda confirmatione clementer illi adsit, literasque intercessorias ad Pontificem Maximum et S. Imperatoriam Maiestatem pro Illustritate Sua in forma meliore, sicut S. Regia Vestra Maiestas expedire meliusque Reverendae Illustritati Suae esse putaverit, edere dignetur. Quare S. Regia Vestra Maiestas non tam Illustritatem Suam, quam totam illius familiam, multis iam nominibus S. Regiae Vestrae Maiestati devinctam, multo sibi devinctiorem redditura est. Ego vero quovis deserviendi studio ad demerendum me S. Regiae Vestrae Maiestati obligatum agnosco. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Paulus IV.*

2) *Ferdinandus I.*

N. 4721.

*E Regio Monte, 16.VIII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*

*de tristi rerum Livonicarum statu, de Moscovitarum in Livonia victoriis, de foederibus inter ducem Moscoviae et regem Angliae et navium Anglicarum in Moscoviam adventu refert et rogat, ut regi suasor sit, ut quam primum rationes ineat, quibus hostis conatus frangantur, "ne ex vicino hoc incendio parietes quoque S. Regiae Maiestatis Suae conflagrent"; nuntiat varia ad se pervenisse de electione successoris regis Poloniae, de qua re certior fieri cupit.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 442-445.*

Ioanni Ocieski, Supremo Regni Poloniae Cancellario, XVI Augusti. Mutatis mutandis Castellano et Palatino Cracoviensibus<sup>1)</sup>.

Scribit de statu Livoniae et Moschi victoria, hortaturque, ut S. Regiae Maiestati suasor sit ad vigilantium, ne quid terrae S. Regiae Maiestatis Suae incommodi accipiant. Petit quoque de electione successoris Poloniae Regis ea, quae liceat, sibi communicari.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singularitera<sup>a</sup>) dilecte.

Cum de praesenti rerum Livonicarum statu pleraque hisce diebus perscripta ad nos sint, duximus ea [f. 443] ipsa Magnificentiae Vestrae comunicanda esse. Dux Moschorum<sup>2)</sup> cum suo exercitu, qui satis numerosus esse fertur, totum episcopatum Derptensem cum potissima et praestantiore totius Livoniae machinarum bellicarum parte in suam potestatem rededit, occupatis praeterea et sex castris Livoniae, quorum illud, quod finibus suis proximum habet, Narvam scilicet, cum oppido, praesidiis et munitionibus egregie firmasse dicitur. Magnificus autem Ordinis Magister<sup>3)</sup>, cum se viribus inferiorem esse videat, quam ut cum hoste potentissimo manus conse-

rat, castris reductis hosti tergum vertere coactus est, ferturque Wendae nunc esse ibique cum suis deliberare, quid porro, si non ad reprimendum hostem, ad tutandam saltem salvam adhuc eius provinciae partem expeditat. Hinc Magnificentia Vestra pro singulari prudentia sua facile colligere potest, quanto in discrimine non modo Livoniae provincia versetur, sed quam ipse quoque Magnus Lithuaniae Ducatus et finitimae S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, terrae periculo expositae sint. Quam enim potentem hostem S. Regia Maiestas, Livonia a Moscho occupata, sit habitura, atque existente quasi in foribus iam hostile, vigilantia et providentia opus esse nemo est qui non intelligat.

Nos sane subesse aliquid aliud timemus, idque inde vel maxime, quod renuntiatum nobis est constituta esse foedera inter Serenissimum Angliae Regem<sup>4)</sup> et Moschorum Ducem, appulisse quoque naves Anglicas in Moschoviam non ita pridem, duces etiam et antesignanos exercitus sui Anglos habere Moschum, viros belli peritos et rerum gerendarum solertes. Haec si ita se habent, nostro sane qualicumque iudicio veremur, ne non vetera illa, [f. 444] ante aliquot annos agitata a quibusdam consilia sub hac in Livoniam expeditione nunc latent, ut qui iam pridem oceano orientali inhiarunt, cum alia via commode potiri eo nequeant, hoc quasi strategemate minus laboriose voti compotes reddantur. Quam perniciosum autem hoc non modo vicinioribus hisce terris, sed inclito etiam Poloniae Regno futurum sit, facile aestimare Magnificentia Vestra potest.

Itaque S. Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, rem et sibi et terris suis pernecessariam factura videretur, si rationes primo quoque tempore iniret, quibus hostis immanissimi conatus frangantur, ne ex vicino hoc incendio parietes quoque S. Regiae Maiestatis Suae conflagrent, atque ita ad occupandas, devastandas depopulandasque alias provincias fenestra Moscho pateat. Horum etsi Magnificentiam Vestram, etiam taentibus nobis, S. Regiam Maiestatem pro rei et periculi magnitudine submonitram esse minime dubitamus, tamen cum nobis non minus ac Magnificentiae Vestrae curae esse debeat salus et incolumitas incliti Poloniae Regni, haec pro fide in S. Regiam Maiestatem nostra Magnificentiae Vestrae indicanda esse duximus. Quam amice oratam habemus, ut suasor S. Regiae Maiestati esse velit, ne leviter haec habeat, sed celeritate bene delibera utatur et imminenti malo occurrat, terrarumque suarum saluti in tempore consulat.

Ceterum latere Magnificentiam Vestram nolumus rumore ad nos perlata [f. 445] esse varia et periculosa de electione successoris Poloniae Regis agitari, et inter cetera de Moschorum Duce ad fastigium hoc evehendo famam esse. De his cum et nostra intersit scire ea, quae licent, amice Magnificentiam Vestram petimus, ut si quid horum ei constat, quantum scire nos integrum existimaverit, concredere nobis ne gravetur. Factura Magnificentia Vestra pro veteri sua in nos benevolentia rem nobis gratam, ut quam gratissimam ac quovis amicitiae argumento promerendam. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

#### Cedula in literis Cancellarii Oczciesski

Amice etiam Magnificentiam Vestram oratam habemus, ut literas intercessorias ad Pontificem Maximum<sup>5)</sup> et S. Imperatoriam Maiestatem<sup>6)</sup>, sicut literis ad S. Regiam Maiestatem nostris petimus, quoad eius fieri poterit, primo quoque tempore conscribi et cum praesentium exhibitore ad nos mitti curet etc. Datum ut in literis.

Altera cedula

Literis hisce iam consignatis allatae nobis sunt literae ab Illustri Domino Ioanne Alberto Duce Megapolensi, ad Illustrem Dominum in Olika etc.<sup>7)</sup> scriptae, quas Magnificentiae Vestrae mittimus, amice petentes, ut si illuc apud S. Regiam Maiestatem est Illustris Dominus in Olika Dux, eas illi tradere, sin minus, per primum aliquem nuntium Vilnam ad eius Illustritatem mittere ne gravetur.

- |  |   |
|--|---|
| a) <i>sequitur superfluum: nobis</i>                 | 5) <i>Paulus IV.</i>                                    |
| 1) <i>Ioannes Tarnowski et Stanislaus Tęczyński.</i> | 6) <i>Ferdinandus I.</i>                                |
| 2) <i>Ioannes IV Basiliades.</i>                     | 7) <i>Nicolaus Radziwill "Niger", palatinus Vilnen-</i> |
| 3) <i>Gulielmus a Fürstenberg.</i>                   | <i>si.</i>  |
| 4) <i>Philippus.</i>                                 |   |

N. 4722.

*E Regio Monte 23.VIII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Kurtzbach, decano Gnesnensi et canonico Cracoviensi,  
nuntiat mortem Samuelis liberi baronis ab Heydeck, neptis eius mariti, et  
addit se viduam ad aulam suam vocasse et recepisse, omniaque eius bona  
prioribus eiusdem tutoribus custodienda commisisse; eandem viduam ei  
commendat.*

*Cfr. El. XL, N. 1659.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 446-447.*

N. 4723.

*E Regio Monte, 27.VIII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Zawisza (in ms. Bawischa)*

*se querelam eius de subdito suo Iacobo Brandt accepisse nuntiat et controver-  
siam inter eos, assentiente eius servitore, amica transactione compositam  
esse; sperat et ipsum eiusmodi pacificam compositionem probaturum  
esse.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1653.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 447-448.*

N. 4724.

*E Regio Monte, 29.VIII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Skaszewski, capitaneo Botocensi,  
pro benevolentia fratri suo Gulielmo, archiepiscopo Rigensi, et suis servitori-  
bus exhibita gratias agit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 448-449.*

N. 4725.

E Regio Monte, 30.VIII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*notum facit legatos Gulielmi archiepiscopi Rigensis apud se fuisse et de "ne-fanda Muscovitarum crudelitate, qua modo in Livonia longe lateque grassantur", sibi rettulisse; item nomine eiusdem archiepiscopi petivisse, ut praesentium exhibitori, Iacobo Meck, canonico Rigensi, dictae legatio-nis primario, ad regem nunc cum mandatis proficiscenti, aliquem ex con-siliariis suis adiungeret; nuntiat igitur se Venceslaum Schack a Stangen-berg, consiliarium suum, ei adiunxisse et rogat, ut utriusque fidem habeat et benigno responso ipsis dato tempestive eos expediatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 449-450.

N. 4726.

E Regio Monte, 30.VIII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, nuntiat legatos fratribus sui Gulielmi, archiepiscopi Rigensis, apud se fuisse et tristem rerum Livonicarum statum sibi exposuisse; Iacobum Meck, cano-nicum Rigensem, et Venceslaum Schack a Stangenberg, consiliarium suum, ad regem in legatione proficiscentes, commendat (cfr. N. praeced.).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 450-451.

N. 4727.

E Regio Monte, 31.VIII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro subdita sua Veronica, vidua, cum quibusdam civitatis Elbingensis incolis negotium habente, in quo ab eiusdem civitatis senatu iusta et iure fun-data sententia lata est, intercedit et rogat, ut, siquidem eadem sententia a parte adversa per appellationem ad tribunal regum devoluta est, rex eam confirmare velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 451-452.

N. 4728.

E Regio Monte, 1.IX.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*regi Galliae [Henrico II]*

*pro Christophoro Ottendorff, subdito suo, cui incola quidam civitatis Rotoma-*

*gensis (in ms. Ruanensis), Franciscus de Valre nomine, pro cera ei vendita aliquam pecuniae summam debet.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 452-453.*

N. 4729.

*E Regio Monte, 1.IX.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*"perlamento civitatis Ruanensis" [Rotomagensis].*

*pro Christophoro Ottendorff, subdito suo, ut ei contra Franciscum de Valre iustitia administretur (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 453-454.*

N. 4730.

*E Regio Monte 3.IX.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Plocensi [Alexandro Ilowski]*

*rogat, ut ex mercatoribus Plocensibus, in Moscovia mercimonia sua exercentibus, de consiliis et conatibus Moscovitarum indagare velit.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 455.*

Palatino Plocensi III Septembris.

Petit, ut ex mercatoribus in Moschovia negotiantibus quaerat, quid consilii habeat Moschus.

Magnifice ac Generose, sincere nobis dilecte.

Non possumus Magnificentiam Vestram clementer celare, quod ad nos per homines fide dignos perlatum est cives quosdam Plocenses mercimonia sua in Moscovia exercere ac identidem illac ire ac redire consuevisse. Qui cum rerum Moscovitarum ignari esse non possunt, vehementer a Magnificentia Vestra petimus, ut pro commodo et emolumento publico diligenter ab illis inquirere et indagare velit de consiliis et conatibus Muscovitarum, nunc in Livonia existentium et longe lateque grassantium, praecipue autem Magnificentia Vestra de eo quaerat, num Moscovitae omnes vires suas ad subigendam et sub potestatem suam redigendam Livonię constituerint, num a Tartarorum incursionibus adhuc ipsis periculum impendeat; item quantus sit Muscovitarum exercitus, num subacta Livonia latius etiam grassari et suas vires extendere cogitent et quid tandem consilii habeant, quantum sciri potest, Magnificentia Vestra ab illis exquirere nobisque vicissim, quicquid id tandem fuerit, significare non gravetur. Hoc nobis Magnificentia Vestra pergratrum fecerit, quod clementia nostra sedulo compensare studebimus. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

N. 4731.

E Regio Monte, 12.IX.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Wolski, R.P. ensifero,*

*pro subdito suo Thoma Koss, cive Regiomontano, negotium de 100 lastis sili-*  
*ginis et 15 tritici cum eo habente.*

*(Sub textu: Mutatis mutandis Nicolao Wolski, Praeposito Plocensi, Ven-*  
*ceslao Wolski, Castellano Brzezinensi [Stanislao Wolski], Gabrieli Tar-*  
*to, Episcopo Chelmensi [Ioanni Przerembski], Vicecancellario [Ioanni*  
*Przerembski].*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 456-457.*

N. 4732.

S.l., 13.IX.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,*

*pro Thoma Koss, cive Cnipaviensi, qui mense Aprili cum Sigismundo Wolski,*  
*R.P. ensifero, contractum initit de aliquot lastis silihiginis et tritici sibi ab eo*  
*suppeditandis, pro quibus iam pecuniam ei numeravit et hucusque nec fru-*  
*mentum nec pecuniam ab eo consequi potest.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 365v-366v.*

N. 4733.

E Regio Monte, 14.IX.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*pro Thoma Koss, cive Regiomontano, contractum de silagine et tritico cum Sigi-*  
*smundo Wolski, R.P. ensifero, habente (cfr. N. 4731).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1660.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 457-458.*

N. 4734.

E Regio Monte, 20.IX.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*R. P. cancellario [Ioanni Ocieski]*

*servitorem suum Nicolaum Jonam "ad partes Pannoniae" pro emendis aliquot*

*vasis vini Hungarici mittit et rogat, ut litteras ei impartiri velit, quibus ea vina libere et sine vectigalium solutione exportare queat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 459.*

N. 4735.

*E Regio Monte, 28.IX.1558.*

*Albertus dux in Prussia  
"comiti in Ostrorog"*

*nuntiat sibi "ex Russia sive Podollia" aliquot equas Turcicas missas esse et  
rogat, ut ad multiplicandum id genus equorum equum admissarium Turci-  
cum sibi emere et transmittere velit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 459-460.*

N. 4736.

*E Regio Monte 2.X.1558.*

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Lamberto Schlieff, abbe Olivensi, "sinistra quorundam accusatione a  
primate Ordinis Cisterciensis loco et dignitate sua deposito".*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 460-461.*

Regi Poloniae, 2 Octobris.

Pro Lamperio Abate Olivensi<sup>1)</sup>.

Serenissime Rex, Domine Clementissime etc.

S. Regiam Vestram Maiestatem officiosissime celare nequeo Reverendum Lampertum, Abbatem Olivensem, graviter per propinquos suos apud me questum esse, se indigne legitima ac iusta possessione abbatiae suaee electum ac dignitate sua exutum esse, idque praeter meritum suum aut culpam aliquam sibi accidisse. Quia vero ex Principum quorundam literis ad me datis, necnon nobilium quorundam fide digna narratione, ad me perlatum est Lampertum praedictum sinistra quorundam accusatione a primate Ordinis Cistertiensis loco et dignitate sua depositum esse, tum quod a plurimis terrarum Prussiae magnatibus passim fertur institutionem moderni Abbatis<sup>2)</sup> cum constitutionibus et privilegiis terrarum Prussiae pugnare, sic sane, ut ea de re [f. 461] animis nobilium exacerbatis, varia iacentur et subtimescenda sint non modo intestinae dissensiones, sed turbae etiam periculosa, facere pro fide mea non potui, quin S. Regiam Vestram Maiestatem horum certiorem redderem, maiorem in modum ac officiosissime illam petens, dignetur imminent malo in tempore occurrere.

Quod facilius rectiusque iudicio meo fieri a S. Regia Vestra Maiestate posse existimo, si Abbatem Lampertum, quoad eius fieri potest, citissime in pristinum dignitatis locum restitui iusserit, praecipue cum is ad cuiusvis accusationem respondere paratus sit, graviterque queratur se non auditum, multo minus convictum, condemnatum esse. Pluribus haec a S. Regia

Vestra Maiestate contenderem, nisi S. Regiam Vestram Maiestatem pro singulari prudentia et providentia sua, etiam me non monitore, rei magnitudinem considerare, negotiumque hoc clementer sibi commendatum fore scirem. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem ad tranquillitatem terrarum suarum conservandam necessariam, mihi vero quovis officiorum genere demerendam. Datae Regio Monte ut supra.

A. M[untzer]

1) *Lambertus Schlieff.*

2) *Caspar Geschkau (qui tamen a. 1560 depositus erat).*

N. 4737.

E Regio Monte,, 6.X.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut litteras salvi conductus, Ioanni Frankonowski, subdito suo districtus Neidenburgensis, pacis et tranquillitatis publicae turbatori et foedifrago, datas, rescindere et irritas facere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 758.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 462-464.

N. 4738.

E Regio Monte, 6.X.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Lucae a Górką, palatino Lanciciensi, duos equos Frisos dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1665.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 461-462.

N. 4739.

S.l., 12.X.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Christophoro Lasota, aulico regio,*

*litteras eius, 2.X. Varsaviae datas, sibi redditas esse nuntiat; pro paratis servitiis et obsequiis sibi oblatis gratias agit; rogat, ut crebrius scribat et nova scitu digna communicet.*

(Germanice)

Cfr. El. XL, N. 1661.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 361v-362.

N. 4740.

E Regio Monte, 13.X.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*

*pro negotii palatini Marienburgensis [Achatii Czema] promotione et pro benevolentia servitori suo exhibita gratias agit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 464-465.*

N. 4741.

E Regio Monte, 13.X.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Chelmensi [Ioanni Przerembski]*

*de affine eius Ioanne Kostka, advocato arcis Marienburgensis, qui anno 1556  
proconsuli civitatis suaे Bischofswerder gravem iniuriam intulerat, que-  
ritur et rogat, ut eum hortetur, quo proconsuli suo pro iniuria illata satis-  
faciat et gratiam quoque suam imploret.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 465-466.*

Episcopo Chelmensi, XIII Octobris.

Petit, ut submoneat advacatum castri Marienburgensis, ut ex iusto et  
aequo proconsuli in Bischofswerder pro illata iniuria satisfaciat et gra-  
tiam quoque Celsitudinis Suae imploret cumque ea transigat.

Reverende in Christo Pater, Amice nobis singulariter chare.

Meminisse Reverendam Paternitatem Vestram arbitramur, quid anno  
56 ad illam perscripserimus de violentia, in via publica negotiorum nostro-  
rum causa iussuque et mandato nostro proficiscenti proconsuli civitatis  
nostrae Bischofwerder ab advacato arcis Marienburgensis Ioanne Kostka  
illata, eundemque advacatum, cum coram iudicio terrestri Marienburgensi  
ea de re per procuratorem nostrum accusatus esset, non modo hac iniuria  
contentum, sed magna et atroci etiam contumelia usum fuisse, nulla vel  
honoris vel dignitatis nostrae ratione habita, nec ea, quae cum S. Regia  
Maiestate, Domino nostro clementissimo, nobis intercedit, sanguinis neces-  
sitidine considerata. Cumque ea res tam in S. Regiae Maiestatis, quam  
nostrum vilipendium cedere nobis videretur, non potuimus non ea aegre ac  
permoleste ferre, ita sane, ut iniuriam hanc non proconsuli, sed potius per-  
sonae nostrae illatam, ad S. Regiam Maiestatem et Reverendam Paternita-  
tem quoque Vestram tum quidem deferre coacti fuerimus.

Quia vero Reverenda Paternitas Vestra in hanc nobis sententiam  
respondit velle se eo affinem suum, advacatum arcis Marienburgensis, hor-  
tatu suo adducere, ut et proconsuli praedicto pro iniuria illatisque verbe-  
ribus atque eo, quod eius interest, satisfaceret, et gratiam quoque nostram  
pro eo, ut deceret, reverenter imploraret atque ex dignitate nostra nobis  
cum transigeret, dedimus hoc Reverendae Paternitatis Vestrae precibus et  
intercessioni, neque ex eo tempore quicquam hoc nomine S. Regiae Maie-  
stati [f. 466] questi sumus. Verum cum nihil eorum, quae Reverenda Pater-  
nitas Vestra facere eundem advacatum debere ad nos perscripsit, factum

ab eo praestitumve sit, iterum ad Reverendam Paternitatem Vestram scribendum esse nobis putavimus, quam amanter rogatam habemus, ut affinem suum praedictum ad iustum et aequum hortetur, ne si submonitioni Reverendae Paternitatis Vestrae audiens non fuerit, id facere cogamur, quod ad iniuriam proconsulis et subditi nostri, vel nostram verius, debito iuris ordine vindicandam conveniens visum fuerit. Plane autem confidimus Reverendam Paternitatem Vestram <sup>a)rei</sup> dignitatem consideraturam et honoris quoque nostri rationem habituram<sup>a)</sup> esse, ne denuo eodem nomine apud S. Regiam Maiestatem conqueri necesse habeamus. Quod superest, Reverendam Paternitatem Vestram feliciter valere exoptamus. Datae Regiomonti etc.

A. M[untzer]

a)-a) *in ms. rei dignitate considerata et honoris quoque nostri ratione habita.*

N. 4742.

E Regio Monte, 13.X.1558.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Chelmensi [Iohanni Przerembski]  
pro studio et benevolentia in se eius, de qua internuntium suum, Venceslaum  
Schack, abunde sibi rettulisse nuntiat, gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 466-467.

N. 4743.

E Regio Monte, 13.X.1558.

*Albertus dux in Prussia  
Iohanni Kurtzbach, decano Gnesnensi et canonico Cracoviensi,  
propter neptem eius, nunc viduam, ad aulam suam receptam tanta gratiarum  
actione opus non fuisse scribit; nuntiat eiusdem viduae tutores, spectatae  
fidei homines, a se eosdem constitutos esse, "qui antea et matre super-  
stite et ipsa vidua virgine adhuc existente fuerunt".*

(Latine)

Cfr. El. XL, NN. 1659, 1669.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 467-468.

N. 4744.

E Regio Monte, 13.X.1558.

*Albertus dux in Prussia  
R. P. cancellario [Iohanni Ocieskij]  
rogat, ut apud regem efficiat, quo litterae salvi conductus Iohanni Frankonowski,  
subdito suo districtus Neidenburgensis, fidei datae violatori, sinistra  
quorundam informatione impetratae, cassentur et revocentur, et "per*

publicum proclama seu literarum regiarum publicationem receptus eidem Frankonowski suisque complicibus in Mazoviae Ducatu interdicatur".

(*Latine*)

Cfr. El. XL, N. 1670.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 468-469.

N. 4745.

E Regio Monte, 16.X.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Lucae a Górką, palatino Lanciciensi,*

*ad litteras eius, 19.IX. datas, respondet et declarat, cur Iudeo Gnesnensi in 400 pannis Londinensisbus, qui apud se arresto tenentur, a mercatoribus Anglicis comparandis adesse non potuerit (quod scil. "inter se convenire et de pretio solutioneve panni concordari non potuerunt")*

(*Latine*)

Cfr. EL. XL, NN. 1658-1667.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 469-470.

N. 4746.

E Regio Monte, 27.X.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*ad litteras regias, 10.IX. Varsaviae datas, respondet 20 boves servitoribus Alberti Jasieński, coquinae regiae praefecti, ideo retentos esse, quod insueta et inusitata via per prata et pascua sua pellerentur et ingentia damna pabulis inferrent; queritur praeterea de iis, qui eum mercibus suis teloneum in Labiau circumeuntes et via terrestri per Ragnetam iter facientes, teloneo defraudato non exiguum detrimentum sibi inferunt.*

(*Latine*)

Cfr. El. XXXI, N. 752.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 470-473.

N. 4747.

S.l., 29.X.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*M.D.L. culinae praefecto [Alberto Jasieński]*

*prolixius narrat de bobus servitori eius a capitaneo suo Ragnetensi ablatis.*

(*Germanice*)

Cfr. El. XL, N. 1657.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 362v-365.

N. 4748.

E Regio Monte, 4.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*iterum queritur de Ioanne Frankowski, subdito suo, fidei datae violatore, ex Ducatu suo profugo, qui nuper (28.X.) sub noctem praedium capitanei sui Neidenburgensis imposito igne exussit et alia quam plurima facinora perpetravit, et in Masovia nunc latitat, et rogat, ut rex litteras salvi conductus fraudulenter ab eo impetratas irritas et nullas esse faciat.*

(Latine).

Cfr. El. XXXI, N. 758.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 473-475.

N. 4749.

E Regio Monte, 4.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Masoviae [Stanislaw Ławski] et Plocensi [Alexandro Ilłowski] contra Ioannem Frankowski (cfr. N. praeced.).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 475-476.

N. 4750.

E Regio Monte, 4.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*R. P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*contra Ioannem Frankowski (cfr. N. praeced.).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 447-478.

N. 4751.

E Regio Monte, 6.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Lucae a Górką, palatino Lanciciensi,*

*pro duobus equis Frisiis ei dono missis tantam ad se gratiarum actionem supervacaneam fuisse scribit; de morte Eustathii Trepka, "qui Ecclesiae Christi communique Reipublicae utiliter, si vita suppeditasset, servire potuisset", dolet.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1665.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 478.

N. 4752.

E Regio Monte, 6.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Ostroróg, castellano Międzyrzecensi,  
de morte Eustathii Trepka, qui "Ecclesiam Christi et ornare et amplificare,  
si vita suppeditasset, potuisset", dolet; de proposito eius ad se veniendi  
gaudet.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1664.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 479.

N. 4753.

E Regio Monte, 6.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Nigro, doctori medico,  
litteras eius, quibus morbum et subsecutum obitum Eustathii Trepka sibi  
describebat, se accepisse significat et de morte eiusdem "nobilis et pii  
viri" dolet.*

(Latine)

Cfr. El. XLV, N. 147.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 479-480.

N. 4754.

S.l., 7.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*viduae Eustathii Trepka [Annae]  
de morte praematura mariti eius dolet eamque consolatur.*

Cfr. El. XLV, N. 146.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 365-365v.

An des Trepken nachgelassene witwe, den 7 Novembbris 58.

Wir haben euer schreiben bekommen und daraus euers lieben ehegaten todlichen abgang, der sich unversehens gantz plötzlich zugetragen, mitleidlich verstanden. Tragen mit euch disess geschwinden falles und unzeitigen todtes, auch gemeiner cristenheit halben, ein gnedigs mitleiden. Dann einmahl euer lieber eheman von dem lieben Gott dermassen begnadet gewesen, [f. 365v] das er gemeiner cristenheit, wann ime lenger zu leben vergont, nutzlich und fruchtbarlich het dienen mögen. Dieweil wir aber auch wissen, das aller menschen leben und wesen in des allmechtigen Gottes handt stehet, und das ein jeder, wenn ime Gott aus disem verganglichen leben und jamerthal ruffet, unverzuglichen fort muss, so zweifeln

wir gar nicht, das also sein stundlein komen sey, da in Gott gnedigen abgefördert. Der auch seiner sehlen und unser aller, wann wir zu seiner zeit gefördert werden, gnedig und barmhertzig zu sein geruhe. Sovil euer bith anlanget, wollen wir euch sampt euren kindern in gnedigem bevelich zu halten nicht nachlassen. Des wir euch gnediger meinung etc.

Con[stantinus] Silvius

N. 4755.

E Regio Monte, 8.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
de quodam subdito suo Andrea, atrociter a custode nemorum nomine Ślezański (Schlesanski), qui ad Andream Strzyszka, factorem Stanislai Dowoyno, pertinet, interfecto, queritur et rogat, ut heredibus occisi iustitia administretur.*

(*Sub textu: Mutatis mutandis Dowoyno, Andreeae Strisska).*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 480-482.*

N. 4756.

E Regio Monte, 18.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Mielecki, palatino Podoliae, R. P. marscalco,  
petit ut nuntiis suis, ad Comitia Regni Petricoviae indicta mittendis, comoda hospitia assignare velit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 482-483.*

N. 4757.

E Regio Monte, 22.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R. P. capitaneo,  
rogat, ut typographo suo, Ioanni Daubman, Cracoviam "cum libraria sua  
omnis generis" proficiscenti, ita adesse velit, "ut libertatem et facultatem  
libros suos publice ubicumque exponendi vendendi obtineat".*

(*Sub textu: Lucae Comiti a Gorkau, Tharnowski, Marschalco [Ioanni Mielecki], Palatino Cracoviensi [Stanislao Tęczyński], Supremo Cancelario [Ioanni Ocieski]).*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 483.*

N. 4758.

E Regio Monte, 23.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
quattuor pueros, "ex laudatis familiis nobilitatis Lithuaniae oriundos et ad  
studia literarum capessenda huc in Academiam nostram Regiomonta-  
nam missos", se pro commendatissimis habiturum esse et omni ipsos  
favore prosecuturum esse nuntiat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 483-484.

N. 4759.

E Regio Monte, 28.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Eustachio Wołłowicz, M.D.L. marscalco,  
nepotes eius, ad capessenda bonarum litterarum studia in Academiam Regio-  
montanam missos, se omni gratia et favore prosecuturum esse promittit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1671.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 484.

N. 4760.

E Regio Monte, 30.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Ioannem Iacobum baronem in Waldburg, praefectum in Fischhausen, et Chri-  
stophorum Jonam, iuris utriusque doctorem, ad regem et Regni Comitia  
ablegatos, commendat et rogat, ut eis fidem habeat et benevolo responso  
dignetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 487.

N. 4761.

E Regio Monte, 30.XI.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*archiepiscopo Gnesnensi [Nicolao Dziergowski]  
litterae credentiales pro legatis suis, ad Comitia Petricoviensia ablegatis:  
Ioanne Iacobo barone in Waldburg et Christophoro Jona.*

(Sub textu:

Episcopo Cracoviensi [Andreae Zebrzydowski]

Episcopo Wladislaviensi [Iacobo Uchański]

Posnaniensi [Andreae Czarnkowski]

Plocensi [Andreae Noskowski]  
Premisliensi [Ioanni Dziaduski]  
Chelmensi [Ioanni Przerembski]  
Statibus Regni  
Comiti in Tharnaw [Ioanni Tarnowski]  
Comiti in Thantzin [Stanislao Tęczyński]  
Comiti a Gorckau [Lucae a Górką]  
Comiti in Ostrorock [Stanislao Ostroróg]  
Duci in Olicka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]  
Supremo Marschalco [Ioanni Mielecki]  
Palatino Calissiensi Zborowski [Martino, ab 1557 palatino Posnanien-

si].  
(Latine)  
*Ostpr. Fol.*, vol. 55, ff. 487-488.

N. 4762.

E Regio Monte, 30.XI.1558.

Albertus dux in Prussia  
R.P. cancellario [Ioanni Ocieski]  
legatos suos Ioannem Iacobum baronem in Waldburg et Christophorum  
Jonam, ad Comitia Petricoviensia ablegatos, commendat et rogat, ut non  
solum eos benigne audiat fidemque ipsis adhibeat, sed etiam negotia eis  
comissa promoveat.  
(Latine)  
*Ostpr. Fol.*, vol. 55, f. 489.

N. 4763.

E Regio Monte, s.d., XI.1558.

Albertus dux in Prussia  
palatino Masoviae [Stanislao Ławski] et, mutatis mutandis, palatino Plocensi  
[Alexandro Ilowski]  
certiore eum facit se ad regis postulationem legatos suos Ioannem Iacobum,  
S. Romani Imperii hereditarium dapiferum, baronem in Waldburg, et  
Christophorum Jonam, iuris utriusque doctorem, ad Regni Poloniae  
Comitia, quae Petricoviae celebrantur, ablegasse et rogat, ut eis per Maso-  
viam transituris litteras salvi conductus dare velit ("praesertim hoc tem-  
pore, quo sceleratus quidam subditus olim noster, Ioannes Franko-  
nowski, hostiles inimicitias subditis nostris denuntiavit").  
(2 schedulae: 1. ad palatinum Masoviae: de reginae Catharinae meliore  
valetudine; de diligentia eius in negotio "scelerati istius Frankonowski";  
2. ad palatinum Plocensem: mittit transumptum litterarum regis, quibus  
salvus conductus Ioanni Frankonowski datus abrogatur).  
(Latine)  
*Ostpr. Fol.*, vol. 55, ff. 485-486.

E Regio Monte, 1.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*iterum pro subdita sua Veronica, vidua, controversiam de hereditate habente  
cum quibusdam incolis civitatis Elbingensis, intercedit et rogat, ut senti-  
entiam in causa eius latam, iustum et iure fundatam, ab adversa parte  
per appellationem ad tribunal regium devolutam, confirmare velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 490.

E Regio Monte, 1.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,  
petit, ut pro Alexandro Sculteti, canonic olim Varmensi, apud regem interce-  
dat, quo salvum conductum et liberum in Regnum Poloniae redditum obti-  
nere queat.*

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 491.

Comiti in Tharnaw, prima Decembri.

Petit, ut intercedat pro Alexandro Sculteti.

Illustris, Magnifice ac Generose etc.

Non ignorat Illustritas Vestra nos crebro ad S. Regiam Maiestatem Poloniae etc., Dominum nostrum clementissimum, per literas intercessisse pro Venerando Alexandre Sculteti, Canonico olim Varmensi, ut liberum redditum in has terras Prussiae habere et salvum conductum aliquot annorum obtainere posset. Quod etsi S. Regia Maiestas clementer se facturam nobis receperat, tamen quibus rationibus hactenus hoc S. Regiae Maiestatis consilium impeditum eversumve sit, scire non possumus. Deo igitur et tempori id commendare nos oportet. Cum autem dicti Sculteti ex sorore nepotes, ac inter reliquos praecipue hic praesentium exhibitor, Georgius a Suchten, non exiguo sumptus pro restituendo suo avunculo, dum aliquoties ad urbem Romam profectus est, fecerit eoque nomine non exiguo damno affectus sit, duximus eum Illustrati Vestrae etiam atque etiam commendandum, amanter ac fraterne petentes, Illustritas Vestra sua auctoritate ipsum ad S. Regiam Maiestatem benigne commendare ac promovere velit, ut eius aliqua ratio habeatur, ne tantas itinerum impensas, quibus facultates suas pene omnes exhaustis, frustra fecisse videatur. Ita nobis Illustritas Vestra rem pergratam fecerit, quam amicis et fraternis studiis sedulo compensabimus. Datae Regiomonti.

Mutatis mutandis Episcopo Wladislaviensi<sup>1</sup>), Duci in Olyka<sup>2</sup>).

C. S[ilvius]

1) Iacobus Uchański.

2) Nicolaus Radziwill "Niger", pal. Vilenensis.

N. 4766.

E Regio Monte, 2.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Ioanni Ocieski pro servitore suo Apel Rolke, ut illi "clementer investituram super bona patrui sui Christophori Rokken, quae in districtu Meseritz [Międzyrzecz] sita habet, dare et concedere dignetur".*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 492.*

N. 4767.

E Regio Monte, S.l., 2.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*pro Alberto barone ab Eilenburg, controversiam ob bona quaedam paterna cum nepotibus ex sorore [Elisabeth], Ioanne et Christophoro Koska habente, intercedit et rogat, ut Ioanni Kostka, castellano Gedanensi, affini suo, hortator sit, quo eadem controversiam inter avunculum et nepotes intercedentem amice potius componi quam litigando disceptari faciat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 493-495.*

N. 4768.

S.l., 3.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Catharinae reginae Poloniae*

*nuntio de infirma eius valetudine se magnopere perturbatum esse scribit et rapidam sanitatis recuperationem ei exoptat; vinum Rhenense ex cella sua vinaria dono mittit et rogat, ut clementer accipiatur.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 367-367v.*

N. 4769.

S.l., 3.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Erhardo a Kunheim, servitori Ioannis Przerembski, duas medias cupas ("zwo halbe kuffen") vini Rhenensis mittit et rogat, ut eas nomine suo debitis obsequiis reginae Catharinae tradat.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 366v-367.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinæ,  
litteras eius se accepisse nuntiat et adventum Bernardi Pohibel exspectare,  
miratur, cur nondum advenerit, et timet, ne et ille aegritudine aliqua cor-  
reptus sit; de infirma ipsius Tarlo valetudine dolet; sperat rumorem de  
reginae Isabellæ occisione falsum esse et accuratius ea de re edoceri  
cupit; scribit fama ad se allatum esse reginam Catharinam diem suum  
obivisse; de rege, ante profectionem ad Regni Comitia, apud reginam com-  
morato gaudet et coniecturam inde facit cum regina non ita male actum  
esse.*

(Cfr. Al. XLIII, N. 209.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 368-370.

An hern Terlen, den 4 Decembris 58.

Wir haben bey dem bothen, den wir an euch geschickt, euer schreiben, zu Crackau den 9 Novembbris datirt, empfangen und anfenglich daraus euer hohe dancksagung fur unser beschehenes schriftliches ersuchen verstanden. Nun darf es der grossen dancksagung nicht, dann wess disfals von uns geschehen, ist aus der gnedigen gewogenen zugethanen lieb, damit wir gegen euch als nicht einem diener, sonder freundte verwandt, hergeflossen, und dessen doch, des wir selbst bekennen mussen, vil zu wenig. Das es aber nicht eher oder mer beschehen, darinne seint wir immer Pohubels ankonft erwartet. Verwundern auch uns warlich, das er so lang aussenbleibt, und sonderlich das ir nicht wisset, wo er ist. Besorgen, das er irgent, gleich wie ir, mit krankheit befallen sein werde. Hoffen doch, er werde sich nuhmer wider zu euch gefunden haben.

Eure zugestandene leibsschwachheit und das euch der liebe Gott dermassen heimgesucht, auch schir durch die [F. 368v] doctores, die die wundtartzt nicht zulassen wollen, in beschwer gewithen, ist uns von herten mitleidlich. Aber hinwider erfreulich, das es sich eurem schreiben nach zur besserung schickt. Und bitten die gotliche allmacht, sie wolle mit gnedigem segen bey euch sein und verleihen, das ir, wie wir dann nuhmer hoffen, zu volkommener euer gesuntheit ohne verletzung eures antlitzes (des uns, wo es euch geschimpft werden solte, treulich leidt) kommen moget. Haben derwegen nicht lassen mögen, euch mit disem unserm schreiben abermals zu ersuchen. Und begern gnedigst, ir wollet uns euren zustandt vermelden und zuschreiben.

Wir konnen euch auch nicht bergen, wie wir euch dann neulich in gleichnuss zugeschrieben, das uns der liebe Gott mit seiner vetterlichen rutten, seint der bothe bey euch gewest, gezuchtigt. Wie wir dann uf unsren fussen noch nicht ser starck sein, hatt sich aber muglich, Gott sey danck, gebessert, und hoffen noch teglich merer besserung. Des der liebe Gott euch und uns nach seinem seligen willen gnedigen [f. 369] verleihen, aber uns je nicht erleben lassen wolle, das wir ein solchen unfall und beschwer von euch erfahren solten.

Der schecken halben durft ir euch nicht bemuhen, dann wann ir nurt gesunt, wer es uns fur allen andern dingen die hochste frolockung, so wir haben mögen. Wollet euch derhalben und ob Bohobel wol lang aussenbleibt, zufriden geben, dann wir hoffen, er werde nuhmer bey euch sein.

Wo die zeitung der umbbringung der konigin Isabella also weren, solte es uns mitleidlich sein. Es ist uns aber dagegen erfreulich zu hören gewest, das ir uf die letzte schreibet, es sey nicht. Wollen hoffen, es solle sich besser erfunden haben. Wollen derhalben eures fernern berichts eurem erbieten nach erwarten, wie wir auch sonderlich darumb bitten, dann wir je nicht gern sehen oder wissen wolten, das den koniglichen blutsverwanten ubel gehn solte. In sonderheit ist uns nicht allein mitleidlich, sonder von grundt unsers hertzen leidt, wess ir von unser g. liebstenfrauen, der konigin<sup>1)</sup>, meldet. Und konnen euch nicht bergen, [f. 369v] das das geschrey alhier auch herkommen, ire ko.mt. solte von diser welt abgescheiden sein; welchs, do es also, uns in warheit nicht weniger leidt sein solte, als ob uns unsere eigene leipliche mutter abgangen. Seint auch derhalben also bekomert gewest, das wir darumb ein eigenen bothen an euch und Kunheim geschickt, welcher doch durch ein unfall, do wir gehofft, er solte schir bey euch gewest sein, wider zu uns alher sampt den briefen kommen und von uns mit keinen gnaden angenommen. Haben ine aber stragks die stunde angesichts wider wegkgegagt, darob wir hoffen, ehr nuhmer bey euch ankommen und wider zurück mit frölicher zeitung von irer ko.mt., das dieselben in guter gesundtheit, sein werde, wie wir dann darumb treulich zu Gott rufen und bitten, auch alhie in unsern kirchen bitten lassen.

Das die ko.mt., unser gnediger her und freuntlicher lieber oheim, bey der kunigin gewest und wider aus auf den reichstag<sup>2)</sup> zogen, hören wir gerne, und des sovil mehr darumb, das wir hoffen, weil s.ko.mt. abzogen, es werde [f. 370] mit irer mt., der konigin, sovil weniger gefahr haben. Wunschen auch s.ko.mt. zu dem verhabenden reichstag Gottes gnade, gluck, segen, heil und des heiligen geistes beistandt, das alles zu lob und erbreiterung göttliches nahmens und der loblichen Chron aufwachs vorgenommen und verhandelt werden möge.

Und begeren gnedigist, ir wollet uns oft mit euren schriften ersuchen und mitteilen, wie es allenthalben gehet und ir vom reichstag erfaret, und uns hirinne den dinst erzeigen, das ir uns solchs umb unser gelt und uf unsr unkosten jederzeit zeitlich zuschreibet, damit wir alle gelegenheit selbst wissen und nicht durch frembde (des uns dann, weil wir keinen grundt also wissen können, sovil mehr betrubet) erfarn dorffen. Das seint etc..

Commissio Principis propria  
Idem audivit

1) *Catharina.*

Heinrich Stend[rich]

2) *Comitia Petricoviensia (5.XII.1558  
18.II.1559).*

N. 4771.

*E Regio Monte, 5.XII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Ioanne Hegemone (vel Hegeman), regio tormentorum bellicorum praefecto,  
qui queritur "sibi Cracoviae a quibusdam studiosis literarum nocturno  
tempore magnam vim illatam esse, siquidem ipsum in circulo urbis  
euntem non modo sine omni causa violenter invaserunt, vulnerarunt et*

male tractarunt, sed insuper etiam indigne spoliaverunt et adhuc atrociora illi minati sunt, sic ut tuto in publicum egredi vix ausit", *intercedit et rogat*, "ut res suas per vim sibi ablatas a nocturnis istis spoliatoribus recuperare et iustum sui damni satisfactionem ab eis consequi valeat".

(*Latine*)

*Ostpr. Fol.*, vol. 55, f. 496.

N. 4772.

*E Regio Monte, 5.XII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Cracoviensi [Stanislao Tęczyński] et, mutatis mutandis, Aemilio Mavetio, Italo,*

*Horatium Curionem, servitorem suum, de negotio quodam ei relaturum, commendat et rogat, ut ei nomine suo loquenti plenam fidem adhibeat seque benevolum in eum exhibeat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol.*, vol. 55, f. 497.

N. 4773.

*S.l., 5.XII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Hegemoni, regio tormentorum bellicorum praefecto, litteras eius de armifactore Cracoviensi [Osvaldo Baldner] tractantes se accepisse nuntiat; notum facit se pro illo ad regem operam suam interposuisse, ut pro dannis, anno superiore a scholariis Cracoviensibus nocturno tempore sine ulla causa ipsi illatis, aliquam recompensationem consequatur.*

(*Germanice*)

*Cfr. El. XLV, N. 148.*

*Ostpr. Fol.*, vol. 45, ff. 370-371.

N. 4774.

*E Regio Monte, 6.XII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*

*iterum petit, ut causam, inter subditum suum Thomam Koss, civem Regiomontanum, et Sigismundum Wolski, R.P. ensiferum, intercedentem, componi iuvet, "quo ea controversia citra iuris strepitum et maiores sumpitus terminari possit".*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol.*, vol. 55, f. 497.

N. 4775.

E Regio Monte, 6.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*Thomam Koss, subditum suum, civem Regiomontanum, negotium cum Sigismundo Wolski, R.P. ensifero, habentem, commendat et rogat, ut auctoritate sua interposita sic illi adesse velit, quo "ea controversia amicis rationibus, uti par est, citra iuris legumque processum terminetur ac componatur, utque id, quod ex contractu legitimo sibi deberi demonstrabit, consequatur".*

*(Sub textu: Comiti in Tantzin [Stanislao Tęczyński, palatino Cracoviensi], Supremo Cancellario [Ioanni Ocieski], Gabrieli Grabowiecki).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 498.*

N. 4776.

E Regio Monte, 7.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*pro Christophoro Botticher, magistri Livoniae olim cancellario, nunc servitore suo, qui etsi superioribus annis facultatem a rege obtinuerit centum lastas salis quotannis sine vectigalium exactione in Magnum Lithuaniae Ducatum asportandi, cuius tamen privilegii telonearios Caunenses nullam rationem habere queritur, intercedit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 499.*

N. 4777.

E Regio Monte, 9.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Procopio Sieniawski, dapifero Leopoliensi*

*desiderio eius morem gerens, auream vultus sui effigiem ei mittit ("non quidem pro munere, sed qualicumque saltem clementiae in illam [Magnificentiam Vestram] nostrae contestatione, sic sane, ut quoties contemplata illam fuerit, toties de nostra sibi clementia optima quaeque polliceatur"); litteras commendaticias, pro eo ad regem missas, ei frugiferas fore sperat.*

*(Schedula: pro equo filio suo [Alberto Friderico] misso gratias agit).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 55, f. 500.*

N. 4778.

E Regio Monte, 9.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
pro vidua Conradi Lanckau, subditi olim sui, "a servitore quodam Domini  
Wiglinski in Brzeste Lithuaniae miserabiliter caesi", intercedit et rogat,  
ut operam dare velit, ne caedes ista impunita maneat, sed ut de occisore  
dignum exigatur supplicium.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 501.

N. 4779.

E Regio Monte, 9.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Ravensi [Andreae de Golczewo Sieprski]  
pro subdito suo Georgio Thalau, cum filio eius negotium "de quodam pecu-  
niario debito" annis abhinc aliquot habente, intercedit et rogat, ut subdi-  
tus suus "tandem illud pecuniae, centum nempe taleros, citra dilatio-  
nem et tergiversationem non laboriose consequatur".*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N 1335; El. LXV, NN. 3765, 3831; El. LXVI, n. 3895.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 501-502.

N. 4780.

E Regio Monte, 10.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Procopium Sieniawski, dapiferum Leopoliensem, tam de rege quam de sorore  
eius Isabella, Hungariae regina, magnopere meritum, commendat et rogat,  
ut illum "pro rationum suarum conditione... beneficio aliquo honorario  
clementer prosequatur, ut inde laborum suorum fructum aliquem per-  
cipiat".*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 503-504.

N. 4781.

E Regio Monte, 10.XII.1558.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Russiae [Nicolao Sieniawski]*

*Iacobum Heraclidem Basilicum, despotam Sami exulem, "propter orthodo-  
xam religionem variis novercantis fortunae procellis iactatum", quem  
apud eum nunc vivere se cognovisse nuntiat, commendat et rogat, ut*

*illum eo amicitiae loco habere velit, "quo intimos et caros sibi dignari solet".*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 502-503.

N. 4782.

*E Regio Monte, 17.XII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Trocensi [Nicolao Radziwill "Ruco"]*

*Franciscum Bonnys, "cui cum Livonibus res et controversia est", commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 504-505.

N. 4783.

*S.l., 18.XII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,*

*excusationem eius de lenta litterarum scriptione accipit et pro nuntio de Tar-  
tarorum incursione (cuius culpa omnis in Nicolaum Radziwill a Pretwicz  
reiecta erat), quo se valde turbatum esse asserit, gratias agit; de petulantia  
servitoris suis, qui litteras ad Iacobum Heraclidem Basilicum destinatas  
resignavit, queritur et hoc facto se excusat, cur ei prius non responderit;  
de Turca Germaniam invadere conante, si quid certius ei constiterit, sibi  
perscribi petit.*

Cfr. El. L, N. 579.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 371-372.

An Bernhart Pretwitzten, den 18 Decembbris 58 etc.

Wir haben euer schreiben empfangen, daraus allen inhalt, furnemblich aber aus wess ursachen ir uns mit euren schriften so langsam ersucht, in gnaden eingenohten. Seint mit solcher eurer entschuldigung, die unnötig gewest, wol zufriden. Und thun uns daneben der zeitung, welche wir mit betrubtem hertzen vermerckt, neben eurem dinstbaren erbieten in allen gnaden bedancken. Sollet an uns hinwider den gnedigen hern, der euch mit allen gnaden gewogen, befinden und spuren. Wir hoften aber, wann jhir noch an denen orthen, [f. 371v] do ir vor euer manheit bewisen, weret, und der fall mit dem Tadtern noch geschehen sollte, wie die erschrecklichen zeitung, der niemants als der Radziwil etc.<sup>1)</sup> lauts euers schreibens ein ursach sein soll, nicht erlangt hetten oder horen dorfen. Mussens aber Gott heimstellen.

Das ir von uns nicht eher antwort erlangt, ist das die ursach. Wir haben deme, so uns eur schreiben wegen der 2 jungen gesellen, die ir uns commendiret, einen brief euch zuzustellen überreicht. Er hat sich aber von gedachten beden, der eine Johannes de Honestis genant, understanden und über verhoffen unsern brief, den wir dem hern despoten<sup>2)</sup> geschrieben, zu

sich gefordert, erbrochen und dem guten hern allerley aufzulegen vermeint, des ime billich nicht geburet. Hetten uns solcher leichtfertigkeit zuime nicht versehen. Nachdem wir dann vermerckt, das noch eine person, so ir auch uns commendiret, bey euch verhanden, wolten [f. 372] wir dieselbe vil lieber dann dise bey uns wissen und seine kundtschaft haben.

Eurer vertrosteten pferde und hirschgeweihe wollen wir gewertig sein, in gnaden sinnende, ir uns fur allem andern mit schonen hirschgeweihen furderlich bedencken. Und wess jede zeit neues furfelt, auch wie ir in eurem schreiben meldet, als solte der Turck aufs jar ins Deutschlandt zu ziehen willens sein, wess ir davon gewiss erfaret, durch euer schreiben, sovil uns zu wissen zimlich, zu ersuchen nicht unterlassen. Das seint wir etc.

Commissio Principis propria  
Idem audivit legere  
Gros Linhart etc.

- 1) *Nicolaus Radziwill "Niger", pal. Vilnensis.*  
2) *Iacobus Heraclides Basilicus, despota Sami.*

*N. 4784.*

*E Regio Monte, 20.XII.1558.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
causam Ioannis Hoit, Ordinis Livoniensis olim consiliarii et oratoris, nunc  
exulis, commendat.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 505-506.*

Duci in Olika, XX Decembris.

Commendat negotium Ioannis Hoiten.

Illustris Princeps, Amice et Frater nobis perchare.

Nobilem virum Ioannem Hoit, ex Ordine militari Livoniensi, Illustrati Vestrae et notum et commendatiorem esse existimamus, quam ut precibus illi nostris insuper apud Illustritatem Vestram accrescere aliquid possit. Tamen cum is in opera et autoritate Illustritatis Vestrae multum spei collocet atque a nobis submisso petat de meliore se nota Illustritati Vestrae commendari, noluimus viro ingenuo et honesto hac ex parte deesse. Tenet procul dubio memoria adhuc Illustritas Vestra, quid is antea et S. Regiae Maiestati Poloniae et Illustritati quoque Vestrae de intercedendo pro se apud Magistrum Ordinis<sup>1)</sup> in Livoniaa) supplicarit. Iam vero cum intelligat missos iri legatos in Livoniiam [a] S. Regia Maiestate pro Generoso et Reverendo Provinciali Livoniae Marschalco<sup>2)</sup>, confidit sibi quoque S. Regiae Maiestatis et Illustritatis Vestrae gratiam plurimum profore posse, si et pro ipso legatis [f. 506] ad Livonienses mandata dentur in eam sane sententiam, ut cum sibi integrum esse non videat in Livoniiam redire, dignaretur S. Regia Maiestas preces pro illo suas interponere, quandoquidem nemini obscurum esset, qua sedulitate multis ab annis tractandis et obeundis Magnifici Domini Magistri totiusque Ordinis Livoniensis negotiis fideliter officio suo perfunctus esset, ut Magnus Dominus Magister primo illum iure iurando, quo se ei tanquam Ordinis collegam obstrin-

xisset, liberum pronuntiaret, deinde ut recompensationem fidelium suorum servitorum, quibus recte praestandis nihil studii, laboris seu diligentiae pepercisset, liberali et honorifica aliqua munificentia illi provideatur, ut ne indigne quasi provincia se illa electum, queri, sed largitatem Magnifici Domini Magistri apud quosvis honeste depraedicare possit.

Itaque amice ac fraterne Illustritatem Vestram oratam habemus, ut eius viri causam sibi commendatissimam habeat, sicut illud multo dexterius nobis maiore et dignitate ac cum amplificatione Illustritatem Vestram pro sua prudentia et in homines afflictos humanitate et mansuetudine singulari sua procuraturam esse minime dubitamus. Nobis sane Illustritas Vestra in eo rem adeo est factura gratam, ut quam gratissimam et amicis fraternalisque studiis demerendam, virum autem eundem egregium et nobilis perpetua sibi gratitudine devinciet. Quod reliquum est, amice fraterneque petimus, ut Illustritas Vestra, si quid novi habet et si quae praeterea sunt, quae scire nobis licet, benigne nobis per occasionem communicare ne gravetur. Mutuis illud studiis recompensanti sumus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

a) *sequitur superfluum: Magistrum.*

1) *Guilielmus a Fürstenberg.*

2) *Caspar a Münster.*

N. 4785.

*E Regio Monte, 24.XII.1558.*

*Albertu dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Christophoro duce Megapolensi intercedit et petit, ut litteras pro eo ad pontificem dare velit, quo confirmationem coadiutoriae Rigensis tandem consequatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 507-508.*

Regi Poloniae, XXIIII Decembbris.

Petit literas ad Pontificem<sup>1)</sup> dari pro impetranda confirmatione ratione coadiutoriae archiepiscopatus Rigensis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas suis non ita pridem ad me literis clementer policeri dignata est velle se cum legato pontificio diligenter agere de consequenda confirmatione, quam Reverendus et Illustris Dominus Christophorus Dux, consanguineus, affinis et mihi instar filii charus, ratione coadiutoriae dignitatis archiepiscopatus Rigensis a Summo Pontifice petiturus esset, plane confido, etiam me non submonitore, id ipsum iam a S. Regia Vestra Maiestate confectum esse. Quia vero multae gravesque causae efflagitare videntur, ut ea confirmatio primo quoque tempore edatur, cum quod mora in rebus magnis et arduis non sine incommmodo esse consuevit, tum quod hoc mundi saeculum callidis consiliis variisque mutationibus obnoxium est, expedire arbitratus sum, si S. Regia Vestra Maiestas pro eodem Domino Duce per literas quoque apud Summum<sup>a)</sup> Pontificem de meliore nota benignam intercessionem interponeret, tam de confe-

renda eidem Domino Duci confirmatione, quam moderandis sumptibus, qui Curiae Romanae ex lege et consuetudine pro eius generis beneficiis debentur.

Quam ad rem dextre procurandam etsi S. Regiae Vestrae Maiestati rationes non desunt, uti tamen non incommodo hoc illam ad persuadendum arguento posse videtur, si res archiepiscopatus Rigensis, et praeteritas proxime et praesentes, nunc graviter sane afflictas adeoque facultates bello omnes fere exhaustas doceret. Denique cum hostis immanissimus magno apparatu Livoniā peteret, viresque ad infestandam et subiugandam illam omnes suas convertisset, nemini obscurum esse, quantis ad resistendum tanto hosti impensis porro etiam opus futurum esset. Itaque Summum Pontificem opus paterna pietatis facturum, si laboranti et plus iam satis oppresso ac praegravato archiepiscopatu [f. 508] hac munificentiae suaē declaratioē subvenisset. Factu enim illi hoc esse perfacile, si paucis saltem adhibitis ex speciali gratia vel precibus S. Regiae Vestrae Maiestatis honorariis motus eam confirmationem edi iuberet. Fore autem, ubi Principes consanguinei, Domini Megapolenses, eam confirmationem impetratam atque in hunc modum obtentam esse cognoverint, ut eo procliviore quoque animo ferendis archiepiscopatu Rigensi, adeoque toti Livoniae suppetiis et auxiliis suis affuturi sint. Quibus omnibus et ornandis et pro dignitate amplificandis cum eximia S. Regiae Vestrae Maiestatis prudentia qualemcumque hanc meam umbram longe excedat, ipsa quoque S. Regia Vestra Maiestas antea plurimis sit argumentis contestata, quam bene commodis inclytæ Ducum Megapolensium familiae consultum cupiat, dubium mihi nullum est fore hoc negotium S. Regiae Vestrae Maiestati commendatissimum, namque hoc beneficio non modo Dominos Duces Megapolenses, sed eos quoque, qui quacumque illos necessitudine attingunt, perpetua gratitudine ac demerendi studio sibi devinctura est ac bene omnia se posuisse cognoscet. Ego sane et pro consanguinei quoque Principis officio omne illud, quod in Dominum Ducem hunc Christophorum totamque familiam hactenus contulit et porro conferet, eo sum loco habiturus, ac si tantundem in me contulisset. Atque hanc S. Regiae Vestrae Maiestatis clementiam debita gratitudine prosequi immemor nunquam ero. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem diu salvam et incolument esse feliciterque valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

a) *in ms.* Serenissimum

1) *Paulus IV.*



## ELENCHUS EPISTULARUM

Nr.

Dat.

### ALBERTUS DUX IN PRUSSIA:

4479	Sigismundo Augusto regi Poloniae	E	Regio Monte	10.I.1557
4487	»	»	»	23.I.1557
4488	»	»	»	26.I.1557
4503	»	»	»	9.III.1557
4512	»	»	Ragnetae	15.V.1557
4514	»	»	»	19.V.1557
4528	»	»	E Regio Monte	3.IV.1557
4531	»	»	»	S.d.IV.1557
4534	»	»	»	16.VI.1557
4539	»	»	»	24.VI.1557
4540	»	»	»	24.VI.1557
4542	»	»	»	27.VI.1557
4550	»	»	»	9.VII.1557
4563	»	»	»	7.VIII.1557
4566	»	»	»	14.VIII.1557
4568	»	»	»	22.VIII.1557
4575	»	»	»	20.IX.1557
4578	»	»	»	23.IX.1557
4583	»	»	»	2.X.1557
4586	»	»	»	7.X.1557
4593	»	»	»	23.X.1557
4595	»	»	»	28.X.1557
4602	»	»	»	31.X.1557
4603	»	»	»	12.XI.1557
4608	»	»	»	30.XI.1557
4612	»	»	»	11.XII.1557
4614	»	»	»	12.XII.1557
4616	»	»	»	16.XII.1557
4617	»	»	»	16.XII.1557
4624	»	»	»	23.XII.1557
4626	»	»	»	29.XII.1557
4629	»	»	»	4.I.1558
4635	»	»	»	6.I.1558
4643	»	»	»	8.II.1558
4645	»	»	»	10.II.1558
4649	»	»	»	17.II.1558
4651	»	»	»	19.II.1558
4654	»	»	»	28.II.1558
4655	»	»	»	28.II.1558
4659	»	»	»	3.III.1558
4661	»	»	»	8.III.1558

Nr.				Dat.
4663	Sigismundo Augusto regi Poloniae	E Regio Monte		14.III.1558
4664	»	»	»	14.III.1558
4668	»	»	»	18.III.1558
4670	»	»	»	18.III.1558
4675	»	»	»	30.III.1558
4676	»	»	»	1.IV.1558
4677	»	»	»	4.IV.1558
4680	»	»	»	16.IV.1558
4681	»	»	»	18.IV.1558
4682	»	»	»	19.IV.1558
4683	»	»	»	19.IV.1558
4693	»	»	»	12.V.1558
4694	»	»	»	12.V.1558
4703	»	»	»	20.VI.1558
4709	»	Stradaun		2.VII.1558
4713	»	E Regio Monte		20.VII.1558
4719	»	»	»	4.VIII.1558
4720	»	»	»	16.VIII.1558
